

A Noctibus auditæ sunt voces mugientium, & lascivientium confusi strepitus circum superiorum fossam. Accedebant continui imbres in loco aliquo palustris. Idem quicquid terre interdum egerebatur, noctu humo relabente subsidebat. l. 4. Annal. Bojorum & Amonius lib. 4. cap. 84.

Perlasium erat Carolo Magno, posse perfacile ex Danubio in Altimonam, & inde in alterum vicinum, fluvios præcipuos conjungi, si fossa duceretur navium capax: quia horum alter Rheno, alter Danubio miscetur. In hoc opere laboratum est duum millium passuum in longitudine, & ducentorum pedum in latitudine, sed frustra: quia palustribus locis, propter juges pluvias, opus non poterat consummari. Crant. lib. 2. Saxonie cap. 17.

Carolus IV. Imp. & rex Boemæ, in fines Bavarie, qua parte Vultavia, sive Moldavia fluvius, qui Pragam intravit, ortum habet, misit libratores qui locum idoneum per libellam invenirent, in quo Danubius cum Vultavia commixtus, omnes ex Italia & Germania advehas merces Pragam transmittere possent. Apparent etiamnum tanti conatus vestigia, sed irriti effectus, vicinis novum opus prohibentibus, ne in jacturam illorum Danubius averteretur. Dührav. lib. 22.

Comentes, anno MCCCII. bello contra Mediolanenses suscepto, cum vallem Mellam tenere, amissa per defectiorem Lavenna, vellent, nec per Lavennenses transitum impediens possent, ingens atque opulentissimorum regum opus aggressi sunt: quippe montem intercedentem perforaverunt, lacuque valli conjuncto, Lavennam accesserunt, ibique multa navalia prælia prospere ediderunt: ac postremo Lavennensibus in fidem reversis, arcem, quam hostes tenebant, diu oppugnatam redegerunt in potestatem. Sigon. lib. 10. regn. Ital.

Martianus Turrianus, Mediolanensium prætor, ob confirmanda populi studia, declinandamque invidiam, quum sumptuosius adificaretur: omnes operas ad Tacinum condidit, ut non procul ab Abiario oppido emissarium navigabile derivata parte amnis ad urbem perduceret. ad facilissimas subvectiones importandorum ex agris fructuum, qua incomparabili commoditate populus in quotidianos usus perpetuo fuerebat. Jovius in vit. Octav. Vicesom.

C Plus II. Pont. Max. cogitaverat Anienem ad Tybur usque navigabilem reddere, portum quoque Trajani repurgare, & in Picentino lacum facere, Orcia flumine occluso, ac rivulo ex Amiantæ radicibus eodem derivato. Campanus in ejus vita.

Aquarum, Fluminum exsiccatione.

Magna inter Padum pars paludibus obtinebatur, per quas Annibal magnis difficultatibus iter fecit in Thulciam. Cæterum Scaurus deductus ex Pado usque ad Parmensium agrum fossis, navigationibus commodis, paludes ipsas excitavit è campis. Strab. lib. 5.

Claud. Cæs. Fucini lacus emissarium aggressus est, non minus compendii spe quam gloriæ, cum quidam privato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccatæ agri concederentur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem abolvit: agræ, & post XI. annos, quamvis continuis xxx. hominum millibus sine intermissione operantibus. Sveton.

Pontinæ paludes à Cornelio Certhego, cui ea provincia evenerat, corrivatis multitudine aquis sunt exsiccatae, atque D ex his ager factus, locus olim quatuor & xx. urbium, ut Mutianus prodidit. Sabel. lib. 8. Ann. 5.

Vide Mare, Fontes, Flumina. * SCRIPTORES.

De aquis, L. Annæus Seneca. De aqua, Io. Damian. l. 2. De aquarum loco. Lombard. 2. 14. Aquarum nomine mortales intelligi, Calvus 26. 23. De aqua & terra disputatio Dantis. De admirandis aquæ naturis. Agrippa lib. 6. De Clepsydra, Clepsydro, Hydrologio, Calvus 18. 39. Aquarii, Aquinarii, Calvus 18. 40. An Aqua sit coloris expertis: Calvus 26. 9. De aquarum colore, sapore, odore, Ge. Agricola l. de fossilibus natura. Aquas naturaliter esse sine colore & sapore, Pont. Meteor. 41. Cur aqua in summa parte alba, in fundo verò nigra spectetur? Plur. caus. nat. 39. Aqua dulcis, cur abluendis foribus magis idonea sit, quam salta? Macrob. sat. 7. 13. 93. Cur frigidior æstate aqua in puteis? Lucretius lib. 6. Quomodo aqua sit terræ innixa? Plin. 2. 68. Mirabilia aquarum & medicinæ, C. Plinius, Seneca lib. 31. cap. 1. 2. 3.

Vide indicem Plinianum. De maris mediterranei progressu E & fluxu, Macrobo. Saturn. 6. 12. quæstionula 13. Vide Locum de Mari.

* Aquila.

ILLIUS NATURA, GENERA, DIGNITAS.

Aquila avium Regina nuncupatur & Princeps, viribus pernicitate, volatus altitudine, audacia, & rostri aduncitate regiam præ se fert majestatem. Solo inter animalia nec fulmine terretur, nec læditur, Solemque oculis irretortis intuetur, quod fabulæ locum fecit, ut poeta eam Jovis alitem & armigeram, eique fulmina subministrare commentus fuerint.

Genera Aquilarum sex numerantur à Plinio. Melænaitis, quæ & Valeria, Pyrgargus, Morphos quam Peremon Homerus, Plancum Latini vocant, Pernopterus, Onesios, & Haliectos.

Erga Pullos ea utitur solertia, ut eos dorso excipiat, & alis tegat, ut enim ait R. Salomon. in cap. 19. Exodi, Nulla avis altius ipsa volat, non timet pullis, nisi à jaculis hominum, undè non inter pedes, fed supra dorsum illos tuetur. Deindè recens natos per ardua extollit, & ad Solis intuitum affuefacit. Si autem aliquos advertat refugere Solem, eos tanquam adulteros nido ejicit. Consonat his Scriptura; Vos scitis, quomodo portaverim vos super alas Aquilarum. Exod. 19. vers. 4. Iterum: Sicut aquila provocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans. Deuteron. 32. vers. 11. Legatur Plin. lib. 10. cap. 5.

SYMBOLA.

Aquila non unitus rei symbolum refert: imprimis enim symbolum est Dei. 1. quod avium regina. 2. quod secunda & longæva. 3. quod simulachrum sit Solis. 4. quia inter aves recto tramite quodlibet perit, si quæ singulari amore pullos tuetur, & fovet; undè supra Deus illius similitudinem adhibet.

Secundò, Aquilæ comparatur Christus à Ambrosio. lib. 2. G de Salomon. cap. 21. piæ & eruditæ, ob quatuor analogias. Primò, Quænam admodum, inquit, aquila colona quasi mater nidi semper unius est, nec ad procreandum sobolem aliud quandoque cubile perquirat: secundò, cum primùm calidis ovibus maturo ortu sævus eruperit interior, pullos educit implumes, hos contra faciem fervidi solis opponit, ut qui ægram & invalidam coruscò radiorum appullu aciem submiserit oculorum, materno damnatus arbitrio, & fratrum consortio separetur, & deiciatur in terram: terciò sicut avis ista inimica serpentem est, quos cum in aëra alarum remigio subvectando supportat, hos adunco rostro & armatis quasi quibusdam telis pedibus suis lacerat, ac divellit, quos cum devorat, calore suo interno noxium illud virus extinguit: ita primò Christus Dominus unam diligit Ecclesiam, ut aquila nidum suum, quam ab æstu persecutionis alarum suarum defendit umbraculo. Secundò, sic quoque extra Ecclesiam projicit, in quibus fidei lumen infirmum, qui igneam Evangeliorum lucem vitis secularibus inquinati ferrè non possunt. Terciò, ut aquila serpentes devorat, & eorum venena calore concoquit interior, ita & Christus H Dominus nosser dracone percussio, id est, diabolo lacerato, dum humanum fidei corpus assumit, peccatum illud, quod hominem tenebat obnoxium, tanquam perniciosum virus extinguit, sicut Apostolus ait: & de peccato damnavit peccatum in carne sua: & alibi: qui cum peccatum non nosset, pro nobis peccatum fecit; & infernus addit, quare, aquila cum aliquid rapere voluerit, non vestigiis ambulat terras, sed excellum eligit locum: sic & Christus alta cruce suspensus, tonante strepitu & terribili volatu impetum ab inferis fecit, sanctosque rapiens ad superna remeavit. Adde quòd, sicut aquila altissimè volat, ita Christus super omnes celos ascendit, undè illud Proverb. cap. 30. Trifurca mihi difficilia, &c. viam aquilæ in celo, S. Ambrosius lib. 2. de Salom. c. 2. de Christo in celo ascendente intelligit. Et sextò, aquila liberalis est, & prædam quam cepit, cum aliis avibus communicat: ita & Christus prædam æternæ beatitudinis cum Sanctis parit. Septimò, aquila visus acie pollet, & eminens remota prospicit: ita Christus Deus nosser humilia respicit in celo, & in terra, qui in altis habitat.

Etiã

A Etiam Sancti per aquilas designantur, ut qui in caelis habitant tanquam aquilæ, ibique Deus sibi affumit, quasi suos familiares & aulicos. Unde S. Gr. 31. mor. 34. explicans illud Job. 39. Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? S. Paulum & Sanctos comparat aquilæ. Videamus, inquit, aquilam nidum in arduis sibi constituentem, qui a Nostra conversatio in caelis est.

Hac de causa Gentiles in Imp. aquilam è rogo emittebant, quæ animam defuncti ferret in celum. Audi Spartian. in finere ex Apostolof Adriani Imp. E. fastigio simul cum subjecto igne ascensura in caelum aquila dimittitur, quæ in caelum creditur ipsam Principis animam deferre. Idem de Augusto testatur Dion. in ejus funere l. 56. Testantur nummi, qui una parte habent effigiem Divi Imp. altera verò aquilam, cum his verbis: Consecrato S. G. quin & Principes post mortem aquilæ insidere, ab eaque vehi fingebantur pingebanturque. Audi Artemidorum in suis Divin. somn. lib. 2. cap. 20. Aquila Regibus & opulentis viris obitum prædicit. Vetus enim mos est, hos mortuos fingere & pingere aquilæ insidentes.

Ita Imp. Severo signa mortis atulerunt aquilæ quatuor, B à quibus sibi visus est per nocturnam imaginem in caelum abripi. In nummo autem cujus inscriptio est: Divus Petr. Pius pater, Aquila est pilei insidens, quæ ipsum supra caelum sublatum esse velit innuere. Denique Epigramma in Platonis sepulchro aquilam appingit, quasi ejus specie anima Platonis in caelum evolat; sic enim habet: Cur aquila ad tumulum hunc volitas? aie: Nunquid ab affris hic habitatæ Deum forte aliquem intravit aie? Imò anima extincti sum diva Platonis, Olympium Quæ celo, sed corpus terrigenum Arica habet.

Est etiam aquila symbolum hominis contemplativi, & divinas res penetrantis: undè ea designatum communiter tenent S. Joannem Evangelistam, aut S. Augustinum, apud Ezechielem cap. 1. quod illi scribendo de altissimis mysteriis, utpote de Christi divinitate, & SS. Trinitate, reliquis altius volatint usque ad ipsum Solem.

Denique aquila symbolum est regni & imperii. Est enim ipsa avium regina. Undè Pyrrhus rex Aquila dici voluit; nam ut ait Plut. in ejus vita, undè à pugna magna cum gloria, ac læticia in Epirum reverfus, à suis avibus, id est aquila salutaretur: Per vos, inquit, avibus sum, qui me vestris armis, tanquam alis, in alium exullistis. Undè ei semper aquilæ cognomen summè placuit, eoque usus est.

Filius Caroli Magni dictus est Arnulphus, quod Germanicè sonat Vremhulsp, id est aquilæ auxilium; vel quòd illud aliquando ab illa acceperit, aut potius, ut nomine suo moneretur, se suis natis, amicis ac subditis aquilina fortitudine, seu insat aquilæ, auxilium præbere debere. Hoc enim est munus Principis.

Ajax cognomen habuit aquila: causam dat Pindarus Isthm. ode 6. cum ait: Hæc illi locuto misit Deum ducentem avium, magnam aquilam, & dulce ei intris titillavit gaudium, & dixit, Locutus ut vis vates. Erit tibi filius, quem peris, Telamon, & eum aquila, quæ apparuit, cognomen appellabis, Ajaxem latè potentem, suspendum in laboribus turbarum Martiarum. Cum enim Hercules in Telamonis gratiam sacrificaret, ut ei filius nasceretur, prætervolabat aquila: itaque propter aquilæ prætervolutum aspiciunt filius Telamoni natus æne, dictus est. Hinc tradunt gentiles, imò & Catholici, aquilam multis proterdisse imperium. Quin & Gentiles omem & augurium ex aquila capiebant, usque ad superstitionem.

De Auguriis ex aquilis acceptis, vide Locum de Divinatione, ubi sparsim multa, ac potissimum sub Titulo de Divinatione Avium, & Victoria, §. Auspicia, Auguria, mina.

AQUILÆ INSIGNIA.

Tradunt Hebræi, Archiducalium tribuum unam quæ erat Dan, habuisse in vexillo expressam effigiem Aquilæ, ac fuisse aquilam proprium insigne Donatistarum. Tribu Dan dictum erat, Fiat Dan coluber in via &c. Aquila autem serpentibus est inimica, undè & stemma Lacedæmoniorum fuit Aquila, quæ unguibus arceptum gestaret colubrum, eoque obfigurant literas missas ad Judæos consanguineos suos, ut testatur Iosephus lib. 12. Antiq. cap. 3. & 5.

Cyrus & Artaxerxes Periarum Reges, & postmodum Romani aquilam habuerunt pro insigni: sicut Chaldæi columbam. L. B. Theat. vita Human. Tom. I.

bam. Hinc de Nabuchodonosor Rege ait Jerem. cap. 49. 6. 12. E. Ecce quasi aquila ascendet & avolabit, & expandet alas suas super Bosram. Imò expressè tradit Scriptura, Daniel. cap. 4. quòd ab hominibus projectus, & in bestiam mutatus, capilli illius creverint in similitudinem aquilæ, avis scilicet rapacis, ut qui omnia regna diriperat, ob quod à Jeremia vocatur prædogenium, cap. 4. vers. 7.

Porro insigne Imperii Romani, quod armis & fortitudine inclutur fuit, Aquila biceps exprimit etiam jam olim: undè & in statua illa, quam videtur Nabuchodonosor Rex, comparatur duabus tibus ferreis. Siquidem imperium hoc fuit primum penes duos consules, tum apud Duum viros: Deindè apud duos Imperatores, unum in Oriente, alterum in Occidente: unum Constantinop. aut Romæ, vel in Germania agentem. Hinc in castris vexilliferi, familiari Aquiliferi nomine dicebantur, & apud nos contractorii vocabulo Alifieri nuncupantur.

TYPUS ET EMBLEMA.

Pii & generosi Imperatoris typus & emblema celebratur, F Aquila pedibus terram tangens, & capitibus ad caelum elatis, alique expansis, cum fulmine, & lauro à dextra habens hoc stemma, quæ nappi è xatrop, hoc est: In opportunitate utrumque. Demonstrat enim, bonum Imperatorem in terris imperare, at mente in caelestibus debere conversari, ut omnia in Deum dirigat. Aquila enim Imperii, fulgur belli & pænarum, laurus pacis pramitque est signum. Ita Cornelius à Lapide, in c. 17. Ezechielis vers. 3. in fine.

Ara.

Vide ALTARE.

Erectæ Aræ honoris ergo. Consule Locum de honoribus divinis, attributis hominibus.

Pleraque ex Loco altarium, & sumptu huc referantur. Aras superstitiosas colere. Quære superstitio. §. Aras &c.

Arabia.

ARABES. UNDE ORTI.

Ex posteris Japhet ortum sumpisse Arabes, probabilis est opinio; & quidem à Mosoch, sexto illius filio, primùm Mosochos dictos, & Cedarenos à Cedar filio Imaelis. Genes. 24.

CUR DICTI SARACENI, ET SABÆI?

Dictos fuisse Arabes aliquando Saracenos, conjiciunt, quòd Sara consentiente & instigante Abraham genuerit ex Agar Imaelem, patrem illius gentis; undè & nonnunquam Imaelita dicuntur. Vocantur etiam Sabæi à Saba filio Chus quem Cham genuerat: ut est auctor Plin. lib. 6. c. 28. Et semper inventiuntur Arabia & Saba conjungi in S. L. teris. Hinc illud, Reges Arabum & Saba dona adducunt. Psal. 72. Sabæi autem ditissimam orbis partem incolunt, odorum ac rerum pretiosarum feracissimam. Undè Arabiæ nomen Felicis inditum fuit.

LINGUA ARABICA.

Chaldaicæ & Hebraicæ affinis est Arabica lingua; undè non defuerunt, qui eam primam omnium, quæ usus est Adam, censent fuisse, eamque manifestè etiam post diluvium. Cæterum linguam Hebræam mundo coævam fuisse, & omnium linguarum matricem, communis est opinio, firmata auctoritate S. Hieron. in Sophoniam, Origenis, & aliorum.

Lingua Arabica studium. Quære Tit. Linguarum.

ARABUM REGES.

Quære Titulum Regum sub Magistratu in genere.

A Aradii populi,
 U B I,
 Sunt Aradii, secundum Strabonem, qui insulam Aradam incolerunt. Est autem illa, petra quadam, ait Strabo l. 16. à mari circumfusa, septem fere stadiorum ambitu, habitatoribus circa, tantaque hominum multitudine, ut adhuc multis tabularis domus inhabitent, opus quorundam, ut ferunt, ex Sidone profugorum. Meminit Aradii Ezech. 6. 27. Plin. l. 5. cap. 20.

Aragonum Reges,
 Vide supra, Tit. Regum, &c.
 Aranei,
 U B I,
 Quare Loca considerata respectu loci corporis.
 Ab araneis necati. Sub Tit. Mortis instrumenta.

Arbitri.
 DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Arbitri proprie sunt juxta Jurisconsultos, qui ut judices eliguntur, ut servato Juris ordine in substantialibus procedant, ff. de Arbit. Unde differt Arbitrator ab Arbitratore, qui eligitur, ut aliquid quod sibi videtur, non servato Juris ordine, existimet. Ut dicit Innoc. in c. Quintavallis. De discrimine inter judicia & arbitria. Item de conditionibus arbitratorum, videatur Tabiena, Panormitanus, Covarruvias.
 Arbitrum Græci vocant ἀρβιτρον, Hebræi Pellii à verbo Pillel, appellavit ad Judicem, unde emanavit Latinum Compello, Appello. Alioquin arbiter generalis significatione dicitur, qui libera sententia, quod sibi videtur, de re aliqua explicat. Inde arbitrari est aliquid libera voluntate declarare.

*** ARBITRORUM GENERA.**
 Arbitrorum & Arbitratorum non unum est genus, neque enim omnis Arbitrator ad lites componendas more judiciali à privatis electus censetur. Alii namque à Magistratu delegantur, alii à privatis adsciscuntur, ut litem aliquam moderentur, & judicium suum secundum æquitatem interponant; & ita arbitrium dicitur facultas dicendæ sententiæ de re aliqua, à privatis privato concessa, Et hoc modo partes in alienum Judicem consentire possunt, tanquam in arbitrum.
 Rursus arbitratorum alius ex compromisso est, alius sine compromisso. Compromisso autem juxta nominis notationem, indicat utrinque sive unam factam promissionem, vel sponsonem, de sequenda sententia arbitri, in quem conventum est pro determinatione negotii commissi.
 Quotiens sine tali compromisso est arbiter, potius amicabilem compositoris nomen habet, ut qui non suscipit judicium, sed experitur, an possit ad pacem contentiones reducere, sentque juxta Jansenem, velut partium proponentes, neque habet iudicii formam.

Apud Græcos arbitratorum duas species fuisse reperies, aliquos *αἰρετῆς δικαστῶν* electos judices: alios *τῶν ἀρβιτρον δικαστῶν* dicebant, id est, qui non delecti à litigantibus, sed delecti publice Athenis erant, & forte ad judicandum vocati. Erantque quotannis electi Athenis per singulas tribus XLIV. & ab illis ad ordinarios Judices appellabatur, ut constat ex sine orat. Demosth. 27. *ἀρβιτρον*.

ARBITRI FACTI, DATI, &c.
 Athenienses Agepolis Spartanorum rex justitiam nomine arbitros de propria lite constituit, cum ipsi Megarenenses arbitros delegissent: Turpe, inquiens, fore, si Megarenenses melius norint, quid justum sit, quam hi, qui se Græcorum duces, ac rectores præstiterunt. Simul declarans, & quam suæ

fideret causæ, & quam adversariis non diffideret. Plut. in E. Lacois apoph.
 Bello inter se decertantes Ptolemæus Ægypti atque Alexander Macedonum rex, pretis multis vicinis regibus, solum Pelopidam Thebanum controversiarum suarum arbitrum fecerunt, plura bonitatem ejus, quam regna viresque aliorum facientes. Itaque nullo strico gladio, nullo effuso sanguine, pacem, quam dixerat, servarunt. Fulg. l. 2. cap. 5.
 Cum grave bellum in Italia gereretur, & Venetarum copiarum dux Franciscus Sfortia Mediolanensis esset: Veneti & Philippus Mediolanens. dux cum fœderatis suis controversiarum arbitrum fecerunt Franciscum, non minus illius fidei credentes, quam antea sepe militarem ejus virtutem fecissent. Ejus igitur iudicio pars utraque stetit, & ipse omnium Italicorum Principum militaris dux creatus, initæ etiam pacis custos atque conservator, quod antè nemini aur rarissimis contigit, declaratus fuit. Fulg. l. 2. cap. 5.
 Reges ac principes exteri ab extremis Germaniæ, Italiæ & Hispaniæ oris, ad Gallorum senatum, velut ad sacrum æquitatis asyllum olim consuebant. Fridericus II. Imp. controversias, quæ illi cum Innoc. IV. intercesserunt de regno Neapolæos, ad eum senatum detulit: & Comes Namurcensis causam egit in eo senatu adversus Carolum Valesium, pro comitatu Namurcensi, non veritus gratiam tanti principis, quem iudicio superavit. Consimiliter Philippus Tarenti princeps Burgundiæ ducem in eo senatu vicis, cum ageretur de sumptibus factis pro imperio Græcorum recuperando. Idem tamen alio iudicio multatus est. Pari voluntate dux Lotharingus, & Vidus Castilionensis ejus sororius, familiaris Herculei iudicium ibidem acceperunt: qui etiam Delphinus & Comes Sabaudia, cum de Marchionatu Salutarum inter se contenderent, & sua se voluntate edoculissent, Comes iudicio vicus est, ac rursus alio iudicio fructus & omnem causam restituere damnatus, existimatio facta ducentarum auri librarum. Post etiam Cameracensis liberi populi in jus vocati, ut rebus à senatu judicatis acquiescerent, se iudicio stiterunt, fatique fecerunt. Sed exemplum illustrius nullum est, quam quod reges Castellæ & Lusitanæ percussis inter se fœderibus ea non prius vim habitura iudicarent, quam à Parisiensi senatu fœderentur, & patentibus portis promulgarentur. Ioann. Bodin. Method. hist. cap. 6.

ARBITRI PRUDENTES.
 Quare Judices, & Iudicia.
 Arbor.
 ARBORES QUANDO PRODUCTÆ?
 Ex historia Creationis universi per Moysen in Genesi descripta, patet, Deum die tertio terram exornasse plantis & arboribus cuiusvis generis, non tantum pubescentibus, sed pluribus etiam adultioribus, cum fructu & semine, ad majorem universi ornatum, & perfectionem. Unde quod legitur Gen. 1. Germinet terra herbas virentem, & lignum pomiferum; intelligi debet, non quod ea activè terra produxerit, sed dumtaxat materiam subministraverit. Deus enim se solo & efficaciter, in prima rerum creatione, omnes plantas produxit: Ut docet S. Th. 1. part. 970. art. 1.
 Arbores respectu Usus sui conferentes, Potui.
 Ferrea insula, una Canariarum, fluvii, fontibus puteisque caret. Veruntamen unica in ea est arbor, muris, uti fons, circumdata, nuci arbori similis: hæc aquam, quæ pecoribus hominibusque sufficiat, & solius ubertim stillat. Hanc arborem meretrici quadam ejus insule, cum primum insula subigeretur, Hispanis prodidit. Quam perfidiam, à suis clam avecta, supremo supplicio luit. Ioann. Metellus.

ARBOR.
 ARBORES QUANDO PRODUCTÆ?
 Ex historia Creationis universi per Moysen in Genesi descripta, patet, Deum die tertio terram exornasse plantis & arboribus cuiusvis generis, non tantum pubescentibus, sed pluribus etiam adultioribus, cum fructu & semine, ad majorem universi ornatum, & perfectionem. Unde quod legitur Gen. 1. Germinet terra herbas virentem, & lignum pomiferum; intelligi debet, non quod ea activè terra produxerit, sed dumtaxat materiam subministraverit. Deus enim se solo & efficaciter, in prima rerum creatione, omnes plantas produxit: Ut docet S. Th. 1. part. 970. art. 1.
 Arbores respectu Usus sui conferentes, Potui.
 Ferrea insula, una Canariarum, fluvii, fontibus puteisque caret. Veruntamen unica in ea est arbor, muris, uti fons, circumdata, nuci arbori similis: hæc aquam, quæ pecoribus hominibusque sufficiat, & solius ubertim stillat. Hanc arborem meretrici quadam ejus insule, cum primum insula subigeretur, Hispanis prodidit. Quam perfidiam, à suis clam avecta, supremo supplicio luit. Ioann. Metellus.
 Arborem in Peruvia est, materie spongiosa, quæ venercos simulos perdomat: eamque ob causam Indi nunquam ex ea ignem sruunt, ne ejus calore fumove impotentes in venerem reddantur. Ioann. Metellus.
 Alexandri Magni comites prodiderunt, in Tilorubri maris insula arbores esse, ex quibus naves fierent, cc. annis durantes, & si mergerentur, incorruptas. Plin. l. 16. cap. 1.
 Arbor

A Arbor vite.
 Item Arbor scientiæ boni & mali. Vide infra.
 Arbores respectu speciei variæ. Puta Olea.
 Oleaster copiosus apud Alpheum nascitur. Pausan. l. 6. In Italiam olea omnino tardè pervenit, nam Theophrastus, teste Plin. in princ. 14. libri. urbis Romæ anno circiter ccccxi. navigavit, nisi intra xl. milia passuum à mari nasci; Fensstella verò dicit, hanc arborem omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnante, ab anno pop. Rom. c. lxxxi.
 Ferunt Græci, & inter eos Rustilius Taurus, oleam ita esse amatorem castitatis, ut amplius luxuriet, si à pueris mundis & puris tractetur; undè & Anazarbi in Cilicia reperiri fecundissimas, quæ à castis tantummodo colantur. Ioann. Pierius lib. 54. Hieroglyph. lib. 15.

Vites.
 Margiana Bactrianis ad Occidentem adjacet, & campis B. deceris ambitur. Fama est, Antiochum Soterem, loci naturam admiratum magnam terre partem muro circum clausisse, cujus ambitus mille & quingentorum fuerit stadiorum, & urbem Antiochiam condidisset. Vites hic optimas inveniri, quarum truncum vix duo viri complecti queant, racemumque duorum ferè cubitorum. An. Syl. c. 17. Asia ex Strabone.
 Vitis in paludibus Chaldæorum (quas effusus Euphrates facit) nascitur; terra in arundineis cratibus imposita, quantum stirps recipiat, ut sæpe etiam ab aqua defecatur, quam rursus in pristina sedem conis propellunt. Strabo l. 16.
 Carmania fert vitem Carmanicam vocatam, quæ sæpe bicubitalem racemum fecit, magnis acinis ac densis. Patet enim eam fecundior em esse. Strabo lib. 15.
 Vites in Bosphoro per hycem terra infodi perhibent. Strabo lib. 7. Geographia.
 Lamfacus vineis abundat. Unde Priapus ibi colitur. Eam urbem Xerxes Themiofoli in vinum dedit: nam tota hæc regio & Patiana vineis abundavit. Hinc fortasse remulenta matronarum turba, & Veneti dedita, Priapi cultum invenit. An. Syl. c. 65. Asia, ex Strabo. l. 13. & Plin. Themiofolie.
 M. Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud mare biferam, & malum in agro Consentino. Hoc autem evenit perpetuò in Tacapenû Aphricæ agro: ea est folli fertilitas. Plin. lib. 16. cap. 17.
 Tmolus mons Lydiæ, vitibus consitus, Pactolum fluvium producit, & Sardis urbem celeberrimam in latere habet. Plin. lib. 5. cap. 29.
 Ad Elephantinen neque ficus, neque vites amittunt folia. Varro l. 1. cap. 7. Reirustice.

Ficus.
 Ficus celebrantur Atticæ, Phrygiæ, Rhodiæ, Caneæ, ex Æolia, vel Caria, Patix, Chia, item Callistruthia à Romanis dictæ. Athen. l. 3. cap. 3.
 Ficus Hyrcaniæ & dulcedine & fertilitate vincunt Italas, ut quæ modios cclxx. singule ferant. Plin. l. 15. cap. 29. ex Onesicritio. Laudantur & Africane, illustri testimonio Carionis, qui Cartaginei unius fici argumto delendam Senatui Rom. persuasit. Ibid. Ebuia insula præstantissimos ficos gignit, mox in Matrucinis. Idem cap. 19.
 Tanti fecere veteres suavitatem ficuum, ut Hypponax Poeta cas auro prælerit, dum scaxonte suo ita dicit:
 Εἴ τις κερσεῖς φρούτιον ἐν δόμοις ποιεῖν,
 καὶ οὐκ ἀναβαῖναι, καὶ δὴν ἂν ἴσῃσι ἀρβυροῖς
 ἴσῃσι γάρον τὸ οὐκ ἄν φρούτιον ἴσῃσι.
 Si quis domi recondat auri plurimum,
 Ficusque paucas, comparetque servulos,
 Duosque, tresque, indicabit illico,
 Auro domi ficum præstare plurimo.

Undè Artaxerxes Junior Cyni frater, cum aliquando in fuga coactus fuisset elitare panem hordeaceum, & paucas ficos, indoluisset fertur ob regalem affluentiam regalemque luxum, tantæ se voluptatis tandi fuisse expertem. Pierius ibid.
 Suavissimas autem Athenis esse ficos, testatur Dion. Undè apud Theophrastum de suavitæ canentur legitur:
 Εὐκαίσις ficus sibi cibis Athenis, ibid.
 Varia ficuum genera in Albanæ rus & Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberi Cæsaris temporibus. Plin. lib. 14. cap. 19.
 L. B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

Caricas Cimolias commendat Athen. l. 1. c. 27. Inter caricas maximè Atticæ admiratione dignæ putabantur. Quam obrem scripsit Dion. in rebus Persicis: Apponebantur in regis ipsius mensa quotcumque epulas terra producit, ex qua primum sumit rex ex singulis, quasi initiatore. Neque ullo vel poti vel epulo externo uti reges oportere, existimatur. Ex quo lex etiam lata est. Nam cum quidam ex eunuchis inter reliqua bellaria caricas aliquando intulisset, interrogavit: Coniatis essent? Ubi verò Atticæ esse intellexit, iussit obsonatoribus, ne emerent, donec ei non liceret capere ubi vellet, non autem emere. Fama est, hunc eunuchum sedulo id effecisse, ut illi in memoriam revocaret, in Athenienses esse militandum. Athen. l. 14. cap. 23.

Philemon Agilidas pulcherrimas caricas vocari inquit, ac Ægila populum esse quendam Atticæ, ab Ægyllo Horæ quodam nominatum. Idem.
 Romæ olim colebatur ficus arbor in foro ipso, ac comitio Romæ nata, facta fulguribus ibi conditis, Magisque ob memoriam ejus, quæ nutrit fuit Romuli ac Remi conditoris, appellata: quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære iuxta dicato, tanquam in comitium spontè transfisset. Adacto navigio illic arefcebatur, rursusque cura sacerdotum ferebatur. Fuit & ante Saturni ædem, urbis anno cclx. sublata facta à Vestalibus, facta, cum Sylvani simulacrum subvertet. Plin. l. 15. cap. 18.
 Cedrus.
 Anchoratiarius mons vocatur ceterioris Mauritaniæ, qui laudatissimam olim dedit cedrum, Plinii tempore exhaustus. Plinius l. 13. cap. 15.
 Observavit Bellonius, in Gargano monte Apuliæ oriri Cedrum multo quam alibi prociorem, amplioerem, baccafe ferentem longè majores, ac nucem Ponticam æquant.

Palma.
 Dactylos seu palmals Babylonias commendat Herodotus: locum Libycam Polybius. Vide Athen. l. 14. cap. 22. Regio hordeum fert, quantum alia nulla. Cætera ex palma præbet. Ex ea enim panis, & mel, & vinum, & acerum fit, & textilia varia. Nucleis pro carbonibus fabri ferrarii utuntur. Qui in aqua macerati, bobus & ovis in pabulum dantur. Dicunt esse carmen quoddam Perficum, in quo ccc. & sexaginta palmæ utilitates numerentur. Strabo l. 6.
 Judæa inclita est vel maximè palmis. Sunt quidem & in Europa, vulgoque Italia, sed fertiles. Ferunt in maritimis Hispaniæ fructum, verum imitem; dulcem in Africa, sed statim evanescentem. Contrà in Oriente ex his vina, gentiumque aliquibus panis: plurimis verò etiam quadrupedum cibus. Quam obrem jure dicitur externa. Nulla est in Italia spontè genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida. Fugifera verò nusquam, nisi in fervida. Plin. l. 13. cap. 4.
 Ex hujus arboris foliis S. Paulus I. Eremita fibitogam, quam solemnibus diebus induebat, texerat: eamque cuius purpuræ præponebat S. Hieron.
 Hiericus est campus à montana quadam circumdatus, quæ in theatri speciem ad ipsum declinat. Hoc in loco est palmetum, cui immixta est etiam alia materies domestica, & ferax, palmis caryotis præstantiss. abundans, spacio stadiorum c. Est totum irriguum, & habitationibus plenum. Ubi & regia est, & balsami viridarium. Strabo l. 16.
 Engaddi urbs circa lacum Asphaltidem, ccc. stadiis procul ab Hierosolyma, palmetis optimis opobalsamo nobilis Iosephus l. 9. cap. 1. antiq.

Citri.
 Valentia in Hispania horti non tantum citris confiti, sed etiam citreis parietibus vivente materia conclusi: ut dubites, horum sint, an ædes. Nam cum nihil aliud infit, quam arbores frugiferæ atque felices, manu possitæ, infistunt, digestæ, quid nisi horti dicendi sunt? Rursus cum audis extrinsecus esse parietes, intrus autem aulam, conclavia, curiam item, facella, altaria, sedilia Canonicorum, thronum Episcopi, & cætera hujusmodi: non aliud quam ædes esse succurrit. Sunt enim parietes ex truncis citrorum confecti, & tamen frondibus vestiti, ut persipie introfuum nequeat, nedum intrari. Ita cum rami adoleverunt, intorquentur & inflectuntur, ita infiti atque inferti, confiti atque conferti coalescunt, ut omnes rima expleantur, ut nihil vacui relinquatur, ut pariter firmitatis extruncis, & decoris ex frondibus ratio confert Eodem

A Eodem pacto introrsum, quae enumeravi, composita sunt, clerici per se, laicique deservientia. Pavimentum laterculo quadrato vitreoque ac picto constructum est. *Valla. lib. 3. Histor.*

Cupressus.

Cupressum Creticam ut praestantissimam laudat in *Symposiaco Plutarchus*; sicuti etiam Isthmiam pinum *Cel. lib. 2. c. 2.* De ea sic *Plinius*: Cupressus patria insula Creta, quanquam Cario Tarentinam eam appellat, credo, quod primum eo venerit. Et in Aenaria succisa regerminat. Sed in Creta quocumque loco terram moverit quispiam, nisi feracissima, haec gignitur, protinilque emicat. Illa vero etiam non appellata solo ac sponte, maximaeque in Judaeis montibus & quos Albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima: quod miremur, alibi non nisi in tepore proveniens, & nutricem magnopere fastidians. *Plin. lib. 16. c. 33.*

Persea.

B Persea arbor sola gaudet Nili aqua. *Paus. lib. 5.*

Laurus.

Theophrastus auctor est, hederam olim in Asia nullam fuisse, nec India, nisi in monte Mero. Harpalo Medo, qui Babyloniam ab Alexandro relicto praefectus fuit studendi Graecis plantis regiam & ambulationes excolere, caetera responderunt. Unam respicit tellus heredam, quam semper corrupit impatientem ejus temperiei: quod haec frigidis gaudet, illa fervat. Alexander Magnus exemplo Liberi patris, ob raritatem coronato exercitui, victor ex India rediit. *Plin. lib. 16. c. 24. & Plut. in Alex.*

Circa Bosphorum Cimmericum in Panticapeo urbe, omni modo laboravit Mithridates rex & caeteri incolae, sacrorum caula, Laurum myrtumque habere; sed frustra, cum teporis arbores abundent ibi, punicea sicque, jam mali & piri laudatissime. Frigidis eodem tractu non genuit arbores, pinum, abjctem, piceam. Et quid attinet in Pontum abire? Juxta Romam ipsam castanea, ceraeque agrae proveniunt, Persea in Tusculano: nec non nubes Graecae cum tadio inferuntur, Tarracina sylvis scateant eorum. *Plin. l. 16. cap. 32.*

Nascitur quidem Laurus in Regionibus calidis, tamen optime in Belgio proficit in solo salugine infecto. Unde in Zelandia luxuriat, cum alibi ab hyeme, quae tamen ibi asperissima, arceri debeat.

Platanus.

Platani pulcherrimae Athenis olim in ambulatione Academiae fuerunt, cubitorum xxxv. In Lycia cava fuit domicilium modo xci. pedum specum qua Matianus ter Consul cum xi. comitibus epulatus cubuit. Caligula princeps in Velis tero rure supra platanum cum vi. convivis discubuit, eamque cenam appellavit nidum. Gordiae in Creta juxta fontem platanus est, nunquam folia dimittens, sub qua Jovem cum Europa concubuisse ferunt. Cujus generis fuit etiam alia in Cypro. *Plin. lib. 12. c. 1. ex Varonis lib. 1. c. 7. de re Rustica.*

In Pieri ripis (qui fluvius Patienfium Achivorum agrum praeterfluit) platanorum lucus est, tanta arborum magnitudine, ex ipsa vetustate, ut intra cavernas (multae enim concavae sunt) qui velint, & epulati, & recumbere possint. *Pausan. in Achaicis.*

Paulo supra Caphysa Aetiae oppidum, fons est & prope fontem ingens & eximia specie platanus, quam Menelaidam nuncupant: Menelam Trojano bello suscepto, ad comparandas copias huc venisse, & eam ab ipso platanum satam didicisse. Hoc sane tempore fontem & platanum Menelaidam appellant. *Pausan. in Arcad.*

In Arca Typographia Christophori Plantini, fuit Platanus procerca, qualem Belgium nunquam vidit, raris extensa undique, & foliorum ananitate praebens jucundum videntibus aspectum. Verum a paucis annis vetustate collapsa, extincta est.

Quercus.

In Thurio agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens, nec ante mediam aetatem germinans. *Plin. lib. 16. cap. 25. & Varro lib. 1. c. 7. rei Rusticae.*

Basilicæ in luco Sancto Perino quercus annoissima spectatur, ex cuius vasto robore trunci decem, singuli iustae arboris magnitudine, non in alio crecti, sed in laei undequaque diducti, ita exiliantur, ut triplici columnarum sustentaculo egeant, quarum intima series hexagonum, media octogonum, extrema sedecagonum representat, peripheria 112. gressuum, tam patulo ramorum, frondiumque regimine, ut naturae simul, & humanae in dustris spectabile opus oculis objiciat: quamquam ante pauculos annos, aedilium in curia, damni non nihil accepit. Cum Fredericus Caesar Maximiliano filio Archiduce Austriae, alisque principibus comitatus, Anno 1473. Septemb. principio, per dies sex Basilicæ moraretur, atque in cœnaculo illic (ubi saepenumero amici principes, eorumque legati, Cane praesertim astante, convivio excepti sunt) regalibus epulis recrearetur, universus ejus comitatus cum senatu Basileensi in hujus arboris umbra discubuit. *Vrsipius in epitome Hist. Basil.*

In agro Thurio quantum Quercum dicit, Theophrastus, quae nunquam folia dimittit, nec nisi post canalicum germinat. *Dodon. in hist. stirpium, cap. de quercu.*

Populus.

Hercules in Theoprotide ad anem Acherontem primum reperit populum albam; eamque in Graeciam detulit. Populus nigra Padi & Galliae alumna. *Pausan. lib. 5.*

Pinus.

De pulchra pinu, quae loco cuidam Troadis nomen dedit, Artalus qui primus regnavit, ita scribit, ambiguum ejus esse pedum xxvi. altitudinem a radice x. & vii. postea in tria scissam aequaliter inter se distantia, iterum in unum apicem coalescere. Totam ejus altitudinem esse duorum jugerum & xx. cubitorum. Distat ab Adramyrio stat. cxxx. ad septentrionem. *Strabo lib. 13.*

Terebinthus.

In Chebrone Idumaeae mancipio Terebinthus maxima fuit sexto ab oppido stadio, quam ab initio mundi uide ad Judaicum bellum perdurasse, asserit *Ioseph lib. 5. c. 7. belli Jud.*

Styrax.

Apud Salmam Pifidiae urbem, summo Tauri vertice situm, Styrax arbor copiosa nascitur. *Strabo lib. 12.*

Malaria.

Arbor est malva in Mauritania lxx. oppido aestuario, ubi Herperidum horti fuisse produntur, cc. passab. Oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt ipsa altitudinis pedum xx. crassitudinis, quam circumplecti nemo possit. *Plin. lib. 10. c. 7.*

Salix.

Salix ocyssimè semen amittit, ob id frugiperda dicta ab Homero. Una tamen produnt, ad maturitatem perferre foliola, in Creta insula, ipso descensu Jovis spelunca, torum ligneumque, magnitudine cicercis. *Plin. lib. 16. cap. 26.*

Multa autem Salicis genera nunciantur apud *Dodonem*. *Oleander sive Rhododendrus.*

Arbor aspectu amana, Lauri speciem referens, & flores purpureos producentes, crescit in Italia locis humidis. In Belgio apud Valencienfes & Evacenses insigni solertia curantur, & ab his passim in hortis amenioribus habentur. Habuit ante annos paucos admodum elegantem, quam per annos plures magna diligenca enutrivit, Adrianus Beyerlinx H rei hebraicae peritissimus, Pharmacopaeus Antverpiae, quae, dum flores perducebat, summa cum voluptate spectabat.

SCRIPTORES.

De arborum ac stirpium diversitate cum domesticatum tum sylvestrium, & montanarum legantur historiae *Bemberti Dodonaei, Caroli Clusii, Lobellii, Dioscoridis, & novissimè Pnyssii Aldrovandi Bononiensis.*

Arbores respectu Durationis sunt

De arboribus vetustissimis totius orbis *Plinius lib. 16. cap. 45. asserit.*

Ex Graecorum monumentis vetustissime arbores, quae Paupania tempore adhuc superstites & vegetae erant, antiquissima omnium vitis fuit, quae apud Samos ad Jovonis exeat. Ei vetustate proxima quercus Dodonaea. Olea deinde in Athenarum arce, & quae Deli adhuc exabat palma. Tertiam vivacitatis locum lauro suo jure fortasse Syrii tribuunt. Praeter has, platanus Menelaidam dicta apud Caphysen Aetiae des omnium veterrima. *Pausan. in Arcad.*

Hiero.

A Hierosolyma dimidium milliarii abest vasta Terebinthi arbor, sub qua Diva Virgo quiescere solebat, cum ex Bethlehem Hierosolymam profugeret, juxta quemdam agrum, lapillis quibusdam rotundis oblitum, magnitudine & forma cicercis. *Bellon. 2. observ. cap. 87.*

In oppido Hollandiae, quod ab ammentate Schoonhoviaviam dicunt, quercus est, cujus brachia five rami undique extensi, & in semetipsa denuo reflexi, iustae capacitatis cubile faciunt, ut magnam hominum turbam capiat. De illius vetustate varius sermo: hoc constat, seniores suis a parentibus audivisse, suo tempore arborem illam eodem semper statu & vigore extitisse, quem modò refert: ita ut vetustam autumare liceat.

Solemnis est apud Poetas Olea quae pluribus saeculis Athenis succreverat, cujus unico verbo fit mentio paulò antè: & quo tempore urbs Medorum incendio conflagraverat, etiam iam absumpta fuit. Sed ferunt, eam postero die ad duos cubitos excrevisse. *Pausanias & Herodotus.* Atque hoc est quod *lib. de legibus Cicero* dicit: Nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere poterit.

Arbores respectu altitudinis & molis. *Plinius* affirmat *lib. 16. cap. 40.* principari Tyberii, vimam Romae trabem, a latice longam pedes cxx. bipedali crassitate, rotamque aequalem. In Cypro succia est Cedrus ad undecirenem Demetrii, cxx. pedum longitudine, & ad trium hominum complexum latitudine.

Germaniae predones singulis arboribus cavatis solitos navigare, ita ut quaedam earum triginta homines caperent, auctor est *Plinius*, qui mira scribit de proceritate arborum Indicarum, dicens, eas sagittis non posse superari. *Lib. 7. c. 2.*

ARBOR VITAE.

QUANAM FUERIT, AC DE ILLIUS DEFECTU.

Moyse describit ammentem Paradisi voluptatis, quam Deus ab initio plantaverat, dicit, ab eodem etiam in medio illius positum Lignum Vitae, quod arborem vitae appellamus. *Genes. cap. 1.*

Quam arborem symbolicam duntaxat fuisse *Origenes* sensit, & *Eugenius*.

Veram arborem fuisse, est de fide. Et dicitur arbor vitae non a signo solium, quam fuisse signum vite Adamo promissae, ut vult *Atropaeus*: sed quia sumpta, vitam comedentis protendebat, & ab omni languore praemuniebat, omnemque defectum naturalis causam arcebat; ac repetita sumptione, aut plures ejusdem virtutis surculos procreare. *Idem ferè Pererius in Genes. lib. 3. c. 2.*

AN UNICA FUERIT?

Unicam fuisse constans est sententia, quia uni tantum convenit, sitam esse in medio Paradisi. Deinde cum non esset instituta in cibum quotidianum, sed comparata ad modum medicinae, ut supra dictum est; non erat necessarium frequentem de ea sumere, neque in magna quantitate; unde pluribus opus non fuisset: potuisset enim Deus multiplicari humano genere pariter illius ramos extendere, & luxuriantes reddere, aut plures ejusdem virtutis surculos procreare. *Idem ferè Pererius in Genes. lib. 3. c. 2.*

AN GENTILES EJUS NOTITIAM HABUERINT?

In *summo Martyr Apolog. 2. pro Christianis*, dicit, summae daemonis calliditate factum, ut multa a Poetis commentitia fuerint prodita, quae Scriptura commemorat. Et quidem in praesenti materia, quod de arbore vite legerat, nominibus *Nectaris & Ambrosiae* involverunt quibus rebus asfirmabatur, non modo atatem fieri immortalem, sed & florentem, ac perpetuò vegetam. Et quidem nomina conveniunt *Nectaris enim a nectè*, id est, bibentis ipsam faciens juvenes, derivatur: & *ambrosia* dicta velut abrosia, id est, sine morte.

ARBOR SCIENTIAE BONI ET MALI.

QUALIS ET CUR ITA VOCATA?

Cujus speciei fuerit illa arbor, ignoratur: vulgus Malum existimat, ut est particulae species arboris. Doctiores nonnulli inter quos *Theodoretus*, qui extra controversiam id ponit, sicum fuisse colligit, quòd primi parentes obvelandam nuditati folia fuis confuerunt: idem *Tostatus* tenet *super c. 3. Lib. B. Theat. vite Human. Tom. 1.*

Gen. q. 162. estque communior. Quod verò vocetur Arbor E scientiae Boni & Mali, non idè est, quòd talem a natura habuerit effectum: sed solum ab eventu, quia nempè post eum illius homo experientia cognovit suo gravi damno, quantum interesset inter bonum, quò fruebatur ante peccatum, & malum, quòd peccando incurrerat. Prius enim speculativam duntaxat scientiam boni & mali habebat, non experientialem. Alii sunt, qui ironice sic appellant hanc arborem existiment, propter mendacia promissa, & falsitatem serpentis, qui per eam pellexit protoplasios ad comedendum ex illa, contra Dei iussionem. Ita expressè tenet *Rupertus lib. 2. de Trinitate & operibus ejus 27. Tostatus & Pererius in Genesim.*

* Arca.

Accipitur subindè pro loco reponendis cadaveribus apto. *De quo Vide Tit. de Cura Cadaverum.* Item pro quolibet reposito, quòd arceat omnes, adhibita sera. In Sacris Literis duplex describitur, una quam Dei iussu Noe fabricavit, & altera, quae dicitur Testamenti, sive Foederis Domini, à Moyse juxta exemplar sibi in monte ostensum constructa. De utraque dicemus in praesenti.

* ARCA NOE, IPSIUS PRÆCEPTUM, FORMA QUANTITAS.

Cum dies decreta à Deo excidio animalium & hominù, propter horum scelera, appropinquasset, atq; univèrsi aquarum diluvio necandi essent, Noe viro iusto, & inter homines sui aevi perfectò, haec Deus mandavit, *Gen. c. 6.* Fac tibi Arcam de lignis levigatis (dolatis & perpolitis) mansuetulosa (parva stabula, quae animalibus deserviant) in ea facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcae, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta altitudo. (Cubitum autem hic intelligunt, longitudinè pedis cum dimidio.) Fenestram in arca facies: unam scilicet amplam & pellucidam, quae aperiri possit: & in cubito consummabis eam, hoc est, erit unius cubiti, sive, ut alii facies rectum arcae planum, ut assurgat tantum altitudinem cubiti. Scorsim, cœnacula, & triflega facies in ea, hoc est, tabulata infima, media & suprema in ea fabricabis: undè patet, arcæ tres habuisse cœnagiones, sive tabulata, quae triflega Graeci vocant. Putatur autem Noe in hac edificatione impendisse annos c. & xx. eos scilicet quos ad penitentiam Deus indulerat humano generi, ut cuncti videntes arcam praeparati & perfici, respicerent ab operibus suis pessimis, & ad Deum in toto corde converterentur: quamvis secus acciderit, ut patet, quòd solus Noe cum familia sua, osto animæ, ut ait *D. Petrus*, in arca salvatus fuerit, reliquis omnibus diluvio demersis.

Distinctio mansionum & tabularum.

Arcam à Noe fabricatam quatuor habuisse contignationes, sive tabulata, ex superioribus colligitur, quas ex arte describit *Joannes Buteo lib. de Arca.* In prima, sive infima parte, ponit locum fabricae, quae suo pondere navem sustinet, ne vacillet: item sentinas, quae sordes superiorum tabularum & mansionum exciperent per canales, & emitterent. In secundò tabulato locus erat omnium animalium, tam reptilium, quam gradientium, distinctus per 300. cellas, ut vult *Delrio*, idque pro quantitate cujusque animalis, utrinque dispositas.

In tertio distinctae erant apothecae, continentis annonam pro animalibus; undè ex isto loco per tubos in praesepe animalium ea injiciebatur. Item hic reponebatur supellex omnis, cum agrestis, tum urbana, praeterò diluvio usui futura. In quarto locus erat hominum & avium, à se invicem distinctus: & spiracula ad auram renovandam & hauriendam. *Ita Buteo.*

USUS ARCAE NOETICAE.

Hunc usum Arcae Deus significavit Noe, ut in ea conservarentur à diluvio cum homines, tum bestiae, in semen. Ecce ego, inquit, adducam aquas diluvii super terram, & interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitae est, super ocelum, & universa quae in terra sunt, confluentur. Ponamque foedus meum tecum, & ingredieris tu, & uxor tua, & filii tui, & uxores filiorum tuorum tecum. Et ex omnibus animalibus univèrsae catnis bina induces in arcam, ut vivant tecum, & *C. Gen. c. 6.* Feecitque Noe omnia quae mandaverat ei Dominus. *Gen. cap. 7.* Siquidem Noe omnia quae mandantibus mundis, septena & septena, Angelorum ministerio, ut vult *Aug. lib. 15. de Civitate cap. 27.* ad Noe adducta fuerunt, hoc est, juxta *Iosephum*, è singulis mundis, septem,

A unum par in speciei propagationem, alteri ad sacrificium, tertium ad eum post diluivum, denique septimum marem ad offerendum Domino. Ex immundis autem animalibus unum par duntaxat ad Noe venit pro speciei conservatione. Ea; omnia in arcam ingressa sunt cum illo, mense secundo, qui est Octobris Lat. & Maio nostro respondere videtur, saltem quoad postertorem illius partem appellatur.

Qua animalia in Arcam ingressa non sunt? Tria animalium genera in arcam non fuisse ingressa, constat ex historia facta per Moysen descripta. Primum est eorum, quae in aquis vivunt, quibus diluivum nocere non potuit. Quibus annueratur amphibia. Alterum eorum, quae ex commixtione diversae speciei generantur, ut mulus & similia.

Tertium eorum quae oriuntur ex materia putrescente. De quibus Consule titulum de Animalibus, s. Animalia imperfecta. Ubi etiam breviter indicatur, quot animalium species in arca fuisse sentiat Pererius.

Proportio dimensionum Arcae cum homine. Constat ex quantitate supra memorata, Arcae longitudinem esse decuplam ad illius profunditatem & altitudinem; talis enim proportio 300. ad 30. nam decies triginta sunt 300. Rursum ejus longitudinem ad latitudinem collocatam esse sexuplam; talis enim est proportio 300. ad 50. Eandem autem proportionem dimensionum in humano corpore bene proportionato reperiri, & cum Arca figura conferri, auctor est Aug. lib. 15. de civ. c. 26. Amb. lib. de Arca c. 6. & sequentibus, prolixè univèrsam Arcae fabricam homini accommodatam.

ARCÆ MYSTERIA,

ET ALLEGORIÆ.

Arcae Noe fuisse imaginem univèrsae Ecclesiae Christi, extra quam nulla est salus, probatissimum scriptorum testimonium docetur, quae diligenter apud Pererium Comment. in Genesim lib. 10. collecta reperit studiosus lector.

Eandem accommodat Tropologicè Hugo de S. Pictore lib. Allegoriarum in Genesim Animæ nostrae. Et lib. 2. de Arca morali, secreto conscientiae & cordis humani, ut ibidem etiam refert Pererius.

SCRIPTORES.

De Arca hac & diluivio, meminerunt omnes profani scriptores, teste Josepho lib. 1. de Antiq. c. 4. Qui addit, etiam suo tempore reliquias Arcae apud Armenos offensas fuisse. Inter Ecclesiasticos scriptit ex professo Ambrosius, Hugo Victorinus, Orig. August. lib. 9. in Genes. Lyranus, Carthusian. Testatus, Berofus, Anianus, Joan. Brito, Cajetan. Pererius, Martinus Del Rio, & alii in Genes.

ARCA TESTAMENTI,

ILLIUS FABRICA, FORMA, & contenta.

Egressis ab Aegypto filiis Israel, precepit per Moysen Deus fabricari arcam ex lignis Sethim. Cujus figura erat quadrata, referens formam cistae: erat autem alta cubitum cum dimidio, longa duos cubitos cum dimidio, et atque aure obtecta. Et habebat supra se propitiatorium, quod erat ipsum arcae operculum super eam relevationem, ex solido auro, & eidem per aureos cardines junctum, eiq; coopratum, ut nulla parte prominere, juxta Joseph. 4. Antiq. c. 6. Dicebatur autem Propitiatorium, quod ex illo loco audiretur vox Dei per Angelum Moysi loquentis, & ad consulta respondentis: dabaturque oracula, undè & oraculum appellari solitum fuit.

Hoc autem propitiatorium duo Cherubim ex eo produnt, res alius velut manibus sustentabant, ut hoc operculum esset velut sedes Dei, & Arca scabellum pedum illius, de quo David Psal. 98. Adorate scabellum pedum ejus, id est Arcam. Erat ergo Arca velut currus triumphalis ipsius Dei de Aegypto & Pharaone triumphantis: & vocatur subindè gloria Domini, quod in ea Deus Hebraeis suam gloriam & triumphum & auxilium exhiberet.

Reposita autem erant in Arca tabulae legis, digito Dei scriptae, Moysi datae, ut constat lib. 3. Reg. c. 8. vers. 9.

Juxta Arcam autem erat urna aurea continens Mannam, in memoriam tanti beneficii: & virga Aaron, quae fronderat: neque aliter intelligendus est Paulus ad Hebraeos c. 9. vers. 5. quum dicit: In aqua (Arca) urna aurea habens manna, &

virga Aaron quae fronderat, & tabulae testamenti: non enim priora erant in Arca, sed juxta illam & in conspectu illius, ut constat 3. Reg. cap. 8.

APPELLATIO, GESTATIO, VENERATIO.

Vocabatur Arca Testamenti, sive foederis. Item Arca Testamenti propter repositas in ea tabulas legis, quae erant conditio foederis inter Deum & Hebraeos initi. Dicitur itaque hoc nomine per metonymiam, ut scripto nomine contenti, quae locutio vulgaris est, nempe quia in se continebat testamentum, hoc est legem, sive tabulas illius.

Gestari autem non poterat nisi à sacerdotibus, vel levitis, idque in humeris, dum castra loco moverentur, in quem usum erant utrimque circuli aurei, per quos duo vectes inferebantur ad portandum. Arca autem praecedebat ipsa castra, ut constat Num. cap. 10.

Ceterum ad ipsius religiosam venerationem faciebat, quod arca ita gestata & praecedenti castra, incumbere columna nubis velut dux itineris: idque ut ex eo constaret, quanta reverentia eam haberi Deus velle. Et quae adhibita docent exempla, quae subjunguntur.

TABERNACULI ARCÆ CULTUS.

Eli Pontifex summus Hebraeorum, cum Israelitas magna clade à Palestinis victos intellexisset, duo quoque filios suos Hophnim & Phineem interfecit, patrum mortuum fuit, ar quando Arcam insuper Domini, quam in castra vixerant, captam audivit, mentis imposit de lolla delapsus cervicem fregit. Nurus illius uxor Phinees, doloribus partus correpta expiravit. 1. Reg. 4.

Palatini Arcam Dei Israelitarum à se captam, puniti propter eam à Deo, honorifica pompa in terram Judaeorum transtulerunt. 1. Reg. 6.

David rex ab omnibus Israelitis creatus, cum xxx. millibus lechissimis, Arcam Domini, quae xx. annis Cabab in adibus Abinadab permaneret, Hierosolymam transferri curavit, omni genere musicorum instrumentorum cotam Arca ludendo, & ad singulos senos passus, singulos boves atque arietes opimos immolando, cum ipse totis viribus linteo amictus ephodo cum cythara coram Arca saltaret. Introducta deinde in tabernaculum Arca, holocausta obtulit, & mœna alimentaria in populum viritum divisit. 2. Reg. 6.

Hieremias, capta & eversa urbe à Nabucodonosore, oraculo admonitus, tabernaculum & Arcam & aram sustulit se subsequi iussit. Ac postquam in montem Nabonem (in quo Moyses obiit) pervenit, in caverna quadam ea reposuit, & ostio saxum obdidit, quae ullis hominum postea speluncam illam invenire potuit, cum Hieremias ignorans fore praedixisset, donec populum suum Dominus placatus coegisset: tunc ea ostensurum esse, jussitque splendorem & nubem apparituram esse, uti sub Moysè conspicua fuerat. 2. Machab. 2.

IRREVERENTIAE POENA.

Philitium accepta Arca Domini, & apud se mensibus septem retenta, gravissimè à Deo puniti fuerunt. Quippè Azotit apud quos ea erat, demoliti fuerunt, & percussu in secretiorum parte natium: & ebullierunt velle & agri eorum, & nati sunt mures, factaque confusio mortis magne in civitate. 1. Reg. c. 5.

Quin congregatis satrapis Philistinorum, cum ex illorum decreto arcam circumducunt, fiebat manus Domini per singulas civitates interfecit, & magnas nimis: percutiebat viros uniuersosque urbis à parvo usque ad majorem, & computrescebat prominentes extales eorum. Ibid.

Reducuntibus autem magna cum pompa Arcam Domini Philistaeis, percussit Dominus de viris Bethsanitis, eod quod H Arcam Domini viderent, viros 70. & 50. millia plebis, sic ut unanimiter dicerent, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus? miseruntque nuntios in Cariathiarim, ut a se Arcam reducerent. Ibid. cap. 6.

Sed & Oza ocellus à Domino fuit, quod recalcitrantibus bobus qui plaustrum, in quo arca vehebatur, jungebantur, manum extendere sustinendae arcae caula praerumpisset: undè adeo reverentiam huic arcae voluit exhiberi, ut etiam illum puniret, qui vel manu eam contingeret, ut praecipitum praecaveret, & sustentaret. Ipse enim debuerat portare Arcam, non plaustrum imponere: cumque esset solum levita, non licebat ei illam tangere, quod solis sacerdotibus licebat. Quamvis Aug. putet, propter aliquod peccatum cum esse punitum, lib. 2. de mirabil. S. Script. cap. 12.

Allegoricam sive mysticam Arcae significationem quaere apud Gr. bo. ult. in Ezech. Cyrill. 1. in Ioan. c. 8. Rup. in Exod. Arca.

Arcaum. DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Arcaum, Graecè Συμμετρον, ab arca deducitur, in qua quae clausa sunt, tuta manent, ac dicitur quod secretum est, & occultum. Alii ab Arce nomine ducunt, ut quae tutissima urbis pars esse solet, quomodo amico fideli commissa etiam tuto commissa est manna. Hebraei per vocem Sodeh arcaum exprimunt, quae etiam concilium & Senatum significat, eod quod concilium & Senatorum deliberationes secretas esse conveniat. Respexit autem etymologiam Iocates ad Dæmonicum, dum monet, sermonum deposita fidelius quam pecuniam custodire. Debent namque, aut velut in arca recondi, quae celandam committuntur.

ARCANORUM EXEMPLA.

Perse arcaea Regum mira fide celant, non metus, non spes elicit vocem, quae occultam prodantur. Lingua apud eos gravitè castigatur, quam ullum probrum.

Turca noctu quemdam comprehensum de Baldi Draclae, qui in illum castra impetum fecerat, militibus, ad Mahumetem Imp. deduxerunt. Qui cum eum percunctaretur de genere, & patria, atque ad singula responderet: tandem, ubi Baldus Draclae esset, inquisivit. Respondit, se id quidem scire, nunquam tamen didicim. Mortem minitantibus persiuit in proposito, nec se quicquam diciturum ingenitavit. Quare continuo trucidari eum Mahumetes praecipit. Chalcocondylas lib. 1.

Vide Locum de Confessione. APOPTHEGATA.

Thales dicere solebat, Vide, ne in jus te vocet sermo contra locos dictus.

Aristoteles rogatus, Quid in vita foret difficillimum? respondit, Tacere non dicenda. Laert. lib. 1. c. 1.

Euripides, cum male audiret ob oris gravolentiam, Multa, inquit, arcana in eo computruerunt. Eras. lib. 8. Apoph.

Philippides Comicus Lysimacho cum primis charus fuit, qui cum in multa liberaliter offerret, ac diceret frequenter, Quid vis rerum mearum tibi impetiar? Quodcumque volueris, aibeat, modo ne arcani quippiam. Plur.

Consule Tit. de Taciturnitate. Silentio.

Archiater.

QUIS SIT, EJUSQUE FUNCTIO.

Archiater, qui & Archiater, vox est Graeca, & significat Medicum principem, quomodo Proto-medicum alibi vocant, id est principem medicum, & apud principes significat. Casaubonus vult, non principem, sed Principis medicum appellari Archiaterum. Prior tamen usurpatio familiaris est Poetis, qui Aesculapium hoc titulo decorantur tantquam medicum Praesidem. In codice Justiniani valetis primum legitur decorari Archiatros, siquidem praesunt medicorum collegio, ubi talia inveniuntur, & dicitur incolumenta Reipublicae seu conservandam seu restituendam, in medicum consulunt.

S. Hieronymus Christum Salvatorem mundi non dubitavit appellare Archiaterum, ut qui languoribus animatum nostratum praesentissimum fuit opitulatur.

ARCHIATRI CELEBRES.

Petez esse Loca Medicinae, & Medicorum.

Archidiaconus.

QUIS IN JURE CENSENDUS, EJUSQUE ANTIQUITAS ET FUNCTIO.

Tempore Apostolorum septem in singulis Urbibus Diaconi constituebantur, quibus praeficiebatur Episcopus. Quique inter illos erat antiquitate prior, dicitur Archiepiscopus, quasi Diaconorum primus: hujus autem proprium munus erat curare, ut ceteri Diaconi suamet ritè officia obirent: verum temporis progressu, data illis fuit amplior potestas, quae habetur Cap. 1. Ext. de Archidiacon. sic ut viderent Episcoporum vicarii, Ita ibi.

Officium itaque Archidiaconi est in officio Episcopi Evangelium legere, vel curare, ut per Diaconum legatur. Examinate promovendos ad sacros ordines, ut de quorum idoneitate testificatur. Denique tanquam Episcopi vicarius

narus, & oculus, diocesis curam gerere. Constant haec E omnia. Extrav. de officio Archidiaconi. Habet autem Archidiaconus dignitatem jure communi etiam eo loco ubi non habet curam animarum vel jurisdictionem.

AN PLURES ESSE POSSINT IN EADEM ECCLESIA?

In eadem Ecclesia Cathedrali plures esse possunt Archidiaconi, quomodo etiam in antiquis Ecclesiis plures sunt quod ex hinc ortum videretur, quod olim Episcopi pro Ecclesiarum suarum, & diocesis amplitudine, plures Diaconos in partem ministerii adficerent, qui postmodum dicitur ceperunt Archidiaconi. Ita Azorius lib. 3. p. 2. Inst. moralium c. 24.

ARCHIDIACONI PRUDENTES, DOCTI, SANCTI.

S. Pontius floruit tempore S. Cypriani, atque ipsius fuit Archidiaconus: quomodo & B. Xisti Laurentius, quamvis duntaxat sub nomine Diaconi celebretur. Fuit & S. Ephrem Ecclesiae Edessena Diaconus, vir sanctitate & eruditione eximius, ut ipsius opera doctissima & pulcherrima testantur: floruit anno 365. Liberatus Archidiaconus Carthagenensis vixit circa tempus quintae Synodi. Petrus Blefenfis Bathojensis Archidiaconus floruit sub Alexandro III. Pont. & Henrico II. Rege Anglorum: scripsit multa sapienter & eruditè, quae nunc extant edita Moguntiae anno 1600.

Notus est quoque commentarius Guidonis Baisi, Archidiaconi Bononiensis, in decretum Gratiani, & in epistolas decretales.

Sed priores omnes aequat S. Meinulphus confessor Vvestphalus, Ecclesiae Paderbornensis Archidiaconus, quem Carolus M. Imperator de sacro fonte levavit circa an. 770. In vita & post illam miraculis claruit, fundavit monasterium Bodicensis.

Henricus à Gandavo Archidiaconus Tomacensis, eruditus lucubracionibus claret etiamnum apud Doctos, vixit circa annum 1243.

Franciscus Petrarca Archidiaconi Parisiensis opera quatuor Tomis distinguuntur. Fuit ingenio subtili & ameno, quod ipsius Poemata abundè demonstrant, quae in flore aetatis lusit: maturior effectus vitam solitariam ac homine Christiano dignam egit, ac pie sanctèque in Domino obiit, an. G no salutis reparatae 1374. aetatis suae 70.

Joannes de Anania Archidiaconus Bononiensis, edidit Commentaria in Decretales, & peraeque alia, sub annum 1455.

Floruit insuper sub annum 1438. Joannes de Polemat Archidiaconus Barchionensis, qui in Conc. Basiliensi per triduum contra Hussitas oravit. De quo consule Henricum Carisium tom. 4. p. 2. Ant. lib. 1.

Bernardus à Mentone Archidiaconus Augustanus, & fundator hospitalium hodie nuncupatorum SS. Nicolai & Bernardi, Montis & Columnae Jovis, Divorum in numerum relatus fuit.

S. Adelbertus fuit I. Archidiaconus Eccles. Trajectensis. De quo Molanus 25. Junii.

HERETICI.

Berengarius Archidiaconus Andegavensis, primus publicè veritatem Christi in Eucharistia scriptis oppugnavit, circa annum Christi c. xx. Quare Leo IX. Verellus coacto Concilio, ejus doctrinam damnavit. Postea in Concilio Romano sub Nicolao II. palinodiam cecinit, cuius tenor habetur de Consecrat. dist. 11. cap. Ego Berengarius. Quere plura Tit. de Eucharistia, & Haeresibus.

Archiepiscopus.

Que dignitas, prerogativa, insignia Archiepiscoporum, & quot in orbe Christiano existant. Consule Locum Episcoporum, & notitia Episcopatum orbis Christiani.

Archipresbyter.

EJUS DICNITAS, POTESTAS, ORDO, OFFICIUM.

Archipresbyter, quasi primus, sive princeps Presbyterorum. Estque de eo titulus in Jure, post titulum de Archi-

A Archidiaconus; habetque dignitatem iure communi, est- que ordinis potestate Archidiacono maior, jurisdictione minor, ut notant communiter Canonistae. Vide Azorium supra. Quo ad horum praerogativam, constat sola usurpatione Archidiaconos locum sibi vendicasse supra Archipresbyteros, ut qui ordine superiores sunt & majores. Archipresbyteri officium continentur cap. de officio Archipresbyteri. & pertinet ad eum specialiter ministerium super omnes sacerdotes, habetque curam animarum per diocesis, ut habetur ibi; idque ordinariam, non delegatam, quia eam habet ratione sui muneris. Potestque abente Episcopo missam ejus loco celebrare, fontes benedicere, & plura his affinia praestare.

Certe Paulus IV. in bulla erectionis Episcopatus Antverpiensis, in qua ibidem in Ecclesia Cathedrali etiam instituitur Archipresbyter Civitatis, sive urbanum, qui tam in choro quam Capitulo sui dignitatis locum obtinet, dicit: Habeat Archipresbyter curam Receptorum Ecclesiarum Parochialium per Civitatem, Sacramentorum, & verbi Dei.

B Statuit Carolus Magnus, ad Archipresbyteros pertinere notitiam de incantatoribus, & maleficis, Constit. c. 25.

QUOTUPLIX.

Duplicem Archipresbyteratus dignitatem esse colligimus ex cap. officium, supra. Unus est enim urbanus Archipresbyter, qui ceteris presbyteris erat praefectus in urbe, in qua erat sedes Pontificia, & Ecclesia Cathedralis. Sic Romae erant Archipresbyteri, iique Cardinales, nempe in Ecclesia Lateranensi, in Ecclesia S. Mariae Majoris, & S. Petri in Vaticano, quia in illis Romanus Pontifex aliquando sedet. Ait Azorius supra c. 15.

Rurales sunt, qui presbyteris foraneis praeposuntur, & vocantur Decani Christianitatis. Hoc tamen a prioribus communiter differunt, quod habent tantum jurisdictionem delegatam, & pendunt a nutu Episcopi, qui eos amovet pro libito. Habentque jurisdictionem, qualem illis permittit consuetudo, inquit P. Greg. l. 15. Synagoga c. 21. n. 15. Quae in prioribus locis non habent, quorum stabilis est dignitas.

ARCHIPRESBYTERI,

SANCTI, DOCTI,

Prudentes.

Præter varios Romanae urbis praestantiores Archipresbyteros, qui Cardinalatus dignitate praefulserunt, celebratur inter Sanctos Belgii Landoaldus confessor & Archipresbyter, qui Lamberi Episcopi a teneris institutor fuit, eumque sacris literis instruxit. Ejus corpus requiescit Gandavi in Ecclesia S. Bavonis, juxta Natales SS. Molani & Martii. Petrus Simonis Theologus eximitus, ad Cathedram Andomarensem evectus, postquam ibidem Archipresbyteri munus cum laude obisset, scripsit commentarios eruditos in S. Thomam, & pleraque alia.

Dominicus Ulegenis Archipresbyter Venetiarum, evangelicavit Calendarium perpetuum ad usum Ecclesiae Romanae.

Eodem munere annis permixtus functus fuerat Matthias Hovius III. Archiepiscopus Mechliniensis, antequam ad illum honoris apicem deveniret. Quo factum, ut jam ante Episcopalis dignitatis functiones obiret, & nosceret, quam ad eam virtutis fama eveheretur, longè prudentius & securius, quam quod plerisque ad clavum Ecclesiae assumi videmus, qui necdum, aut inter epibatas federe, aut remotos tenere didicerunt.

* Archontici.

A Archontici à principibus mundi creationem tribuunt, appellantur. Dicunt enim, hanc Mundi universitatem non à Deo, sed ab Archangelis conditam esse. Item dimidiam partem hominis, puta superiorem, esse opus Dei: dimidiam, puta inferiorem, esse opus Diaboli. Hujus Haereticus author est Simon Magus, ut vult Præcolus in Elencho.

Archades.

Quere Antiquitas.

REGES ARCADUM.

Pese ex Titulo Regum, sub Magistrata.

* Architectura. Architectus.

Ab ἀρχι, quod sonat principum, & τεκτων, quod fabricum significat, deducitur.

* EORUM ANTIQUITAS, INVENTORES, &c.

A Rchitectura cum Agricultura mundo nascente natam, nulli dubium esse potest. Ex quo enim Paradisi amentitatem, & cum ea omnem tempetiem homo per peccatum perdidit, injurias & tempestates aeris, alternaque brumæ redeuntis vices declinare, naturæ instinctu edocuit, rudi opere, tecta domosque, quæ Poeta teste antra fuerunt, ab initio edificavit. Sic ut Cain describitur Genes. c. 4. edificasse Civitatem, quam nomine filii sui Henochiam appellavit. De qua videat Lector, quæ dicemus loco de Civitate in initio. Quum & Jabel, filius Lamech, dicitur pater fuisse, hoc est inventor & auctor habitantium in tentoriis; quomodo ejus frater Tubalcain artis fabrilis.

Cum Vesta Saturni filia prima domos extruxerit invenisset, intra domos ubique pingebar, quod & domos servaret, & cultos esset habitantium, ut testatur Passidonus in Heroibus & Demon. Natalis Comes Mythol. lib. 8. c. 19.

Domos luteas, teste Plin. lib. 7. Doxius Gellii filius primus edificavit, sumpto ab hirundinum nidis exemplo. Latentibus vero, hoc est, ex lateribus constructas, eodem auctore, Euryalus & Hyperbius fratres Athenis primum fecerunt. Earum fructuras Diad. l. 6. dicit Vestam Saturni ex Rhea filiam primam invenisse. Tegulas quibus domus teguntur, Cinyra Agrippæ filius in Cypro in Italia invenit. Lapidinas, hoc est, loca, ubi lapides effodiuntur, Cadmus Thebis: aut, sicut Theophrasto placet, in Phœnicia, auctore Plinio. Verum ego hujusmodi rerum inventionem verius Caino, aut Setho ejus fratris filii assignarim, quando ille, teste Iosepho in 1. Antiq. mortalium omnium primus oppidum condidit, istivero columnas duas, id est, unam lateritiam, alteram lapideam, ut in eis rerum caelestium disciplinam inscriberent, construxerunt, quam primam columnarum atque laterum originem esse dixerim. Polydorus G de Invent. rerum.

Byzes Nazius tegulas primus ex lapide fabricavit, quibus tectum templi Dianæ fecit, tempore Halyatis Cresis patris, Lydorum regis. Pausanias.

Tyrheni domibus addiderunt porticus, in quibus servorum ac concurrentium turba diverteret: quæ imitati postmodum Romani, inque melius aucta, ad suam Rempublicam transtulerunt. Diad. lib. 5. c. 9.

Oppidum primus Cecropes condidit, Cecropiam dictum, quæ deinde atx fuit Athenis. At longe verius Cain primus fuit, qui amissa conscientia securitate, in urbis securitatem quærebat, Enochia urbe ab Enocho primogenito suo dicta. Oppidum ab opibus conservandis dictum. Civitas quasi civium cætes. Urbs ab urvo, hoc est, parte aratri curva, quæ veteres sulcum ducebant, intra quem urbem posturi essent. Polyd. lib. 3. c. 9. de Rerum invent.

Jon Xuthi & Creusa Erechthei F. (quem etiam Apollo Delphis suum esse filium professus est) ab Atheniensibus præfectus fuit xiii. coloniis, quas uno eodemque tempore, oraculo Delphico & consilio torius Hellados, in Asiam exduxerit, singulis coloniis duces singulos tribuentes. Hi à duce summo Jones dicti, Lægius & Caribus ejus, in Asia clarissimas urbes condiderunt, Ephesum, Miletum, Mynta, Prienem, Samum, Teo, Colophona, Chium, Erythra, Phocam, Clazomenas, Lacedum, Meliten, tandem eversam ob arrogantiam. Smyrna inter Jonas recepta est, Attali regis & Arfinoe beneficio. Appolliniatur Panionio primum ædem edificavit, qualem viderant in Achaja: eamque Doricam appellaverit, eò quod in Doricon civitatibus primum factam eo genere viderunt. Dorus enim Hellenis & Optres nymphae Argis primum Junoni templum extruxit, ejusque structuram sortuitam in reliqua Peloponneso passim imitati fuerunt. Itaque Dorica structura cæteris longè antiquior. Cæterum cum in ea æde Jones columnas collocare vellent, non habentes symmetrias earum, & quærentes, quibus rationibus efficere possent, uti & ad onus ferendum essent idoneæ, & in aspectu probatam habentem vultum, dimensi sunt virilis pedis vestigium: & cum invenissent, pedem sextam partem esse altitudinis in homine, ita columnam transtulerunt: & quia crassitudine fecerunt

basim

A basim seapi, tantum eam sexies cum capitulo in altitudinem extulerunt. Ita Dorica columna virilis corporis proportionem, & similitudinem, & venustatem, in ædificiis præstare cepit. Item postea Dianæ constituerunt ædem quærentes, novi generis speciem, isdem vestigiis ad muliebrem transfulerunt gracilitatem: & fecerunt primum columnæ crassitudinem altitudinis octava parte, ut haberent speciem excellentiorem: basi spiram suppositurunt pro calceo, capitulo volutas, uti capillamento concispatos cymnos præpendentes dextra ac sinistra collocaverunt, & cymatis & encarpis pro crinibus dispositis, frontes ornaverunt: truncoque toto strias, uti stolarum rugas, matronali more demiserunt. Ita duobus discriminibus columnarum inventionem, unam vitili sine ornatu nudam specie, alteram muliebris subtilitate & ornatu symmetriaque sunt imitati. Id autem genus, quod Jones fecerunt, primo Jonicum est nominatum. Tertium verò quod Corinthium dicitur, virginalis habet gracilitatis imitationem: quod virgines propter ætatis teneritatem gracilioribus membris figuratæ, effectus recipiunt in ornatu venustiores. Ejus autem capituli prima inventio sic memoratur esse facta. Virgo civis Corinthia jam matura nuptiis, implicita morbo decevit. Post sepulcrum ejus, quibus ea viva poculis delectabatur, nutrit collecta & composita in calatho perulit ad monumentum, & in summo collocavit, & uti ea permaneret diutius sub dio, regula rexit. Is calathus fortitudo supra acanthi radices, folia & cauliculo circa venum tempus profudit, cujus cauliculi secundum calathi latera crescentes, & ab angulis regulæ ponderis necessitate expressi, flexuras in extremas partes volutarum facere sunt coacti. Tunc Callimachus, qui propter elegantiam & subtilitatem artis marmoreæ ab Atheniisbus xxxi. Corethæ fuerat nominatus, præteriens hoc monumentum, animadvertit cum calathum, & circa foliorum nascentem teneritatem, delectatuique genere & formæ novitate, ad id exemplar columnas apud Corinthios fecit, symmetriaque constituit, ex eoque in operum perfectionibus Corinthii generis distribuit rationes, ut quanta esset crassitudo imæ columnæ, tanta altitudo foret capituli cum abaco, &c. Vitruvius lib. 4. de Architect. c. 1.

Cum C. Menius Crassi collega, Carone & Flacco confusibus domum venderet, ut ibi basilica extrueretur, jus unius columnæ, supra quam tectum projiceret, & signa immittent, sibi excepit, quo superiora latera pareret, & posteri propterent. Cujus generis ædificia inde Meniana dicta, hodieque id nomen obtinuit. Alex. lib. c. 11.

Nero Imp. ædificiorum novam formam excogitavit, infuflares domos cum porticibus ac solariis ad arcenda incendia (quibus obnoxia urbs erat) consuetis. Svet.

ARCHITECTURÆ

STUDIUM.

Dædalus à Cocali regis Filiabus artis causa tantopere amatus, ut Minocem persequerentem in balneo suffocavit. Vide Tit. statuariorum.

Sesostris, Aegyptiorum rex, cum Scythas & Græcos subegisset, maximam multitudinem gentium captivarum in Aegyptum secum duxit: earumque opera usus ad lapides inmensæ magnitudinis in templum Uulcani pertrahendos, & ad divortia aquarum effodienda, ut Aegyptum prius equis & plaustris agendis idoneam contra vim hostium muniret. D Ab eo enim tempore inequitabilis, & plaustris inhabilis regio exiit, propter multiplices fossas universa loca occupantes, in quas Nilus inundans reciperetur, ne loca arida sui laborarent. Herod. lib. 2.

Salomon rex Judæorum ex monte Libano cedrinam & piceam materiam pro extruendo templo Dominæ ab Hiram Tyrorum rege impetravit, & triginta millia fabricorum elegit, quorum decem millia singulis mensibus opus facerent. Pro ea denique materia regi Hiram Salomon viginti oppida in Galilæa dono dedit, quæ tamen ille accipere noluit. 3. Reg. c. 5. & 10. Quin etiam in litore maris rubri classem fecit, & ab eodem Hiram gubernatoris nauticæ artis peritoscipiens, Ophir in India (quam suo tempore terram auream appellatam scribit Iosephus) eam misit, pro auro advehendo, & gemmis, & picea materia, ex qua sulcra templi & domus regie, item cithare & Nablia musica fierent: qualis picea nondum eò importata erat, aut visa. 3. Reg. 10. & Ioseph. lib. 8. Antiq. c. 6.

Ileuvon Tuiconum quartus rex, potissimum amabat artem ædificandi. Quocirca suos Tuicones ædificandi ra-

tionem, licet admodum rudes, docuit: circa annum mundi E 3316. Gasparus in Epitome Chronicorum.

Cn. Pompejus victo Mithridate Mityleneos libertate donavit. Hic quum foris scenicos poetas respiceret, Theatri formam contemplantus, quia valde placuit, typum ex stylo expressit, permixtum alterum Romæ, cæterum multò capacius majoreque apparatu, ædificatum. Sabel. lib. 4. En. 6.

Augustus Cæsar publica opera plurima extruxit: ex quibus vel præcipua, forum cum æde Martis Ultoris, templum Appollinis in palatio, ædem Tonantis Jovis in Capitolio quædam etiam opera sub alieno nomine, nepotum scilicet, & uxoris, fororisque. Fecit & porticum, basilicamque Lucii & Cæsi: item porticus Livie & Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed & cæteros principes viros sæpè hortatus est, ut pro facultate quique monumentis vel tectis vel excelsis Urbem adornarent. Svetonius.

Claudii Imp. opera Fucinus lacus emisit, monte per tria millia passuum aut efflato, aut exciso. Aboluit id opus undecim annorum spacio, triginta millibus hominum assidue operantibus. Extruxit & Ostiensem portum, mole ostio fluminis objecta, quæ ut stabilior esset, navem, quæ oblicus ingens fuerat ex Aegypto advectus, plenam puteolano pulvere alto mari depressit. Pili inde congestis turrim in Alexandria Phari speciem imposuit, ut ad nocturnum lumen eò nautæ ex alto cursum intenderent. Tentaverat id opus aliquando Cæsar Dictator, sed difficultate rei deteritus abstinuit. Perfecit Claudius aquæ ductum, quem C. Cæsar, qui ante illum imperavit, inchoaverat. Sabel. lib. 2. En. 7.

Vespasianus Imp. præstantes opifices coemit. Colossi rectorum insigni congrario, magnaque mercede donavit: mechanico quoque grandes columnas exiqua impensa perducitur in Capitolium pollicenti, premium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit: præfatus fineret se plebeculam pascere. Svetonius.

Ludovicus Sfortia dux Mediolanensium ædificiis admodum delectatus, peropacam urbem impeditamque portibus ac projectis inaequalem, dimotis umbraculis, ad unumque rigorem perductis omnibus, tum superjecto fuce pigmentatis, illustravit. Arrianus sect. 2. hist. Mediolanens. G

Veneri tempore Sebastiani Ducis, Constantimopoli Architectum insignem accerserant ad extruendam ecclesiam, si qua toto orbe ei similis est, D. Marci ædem. Præter amplissima munera, etiam marmoream statum sibi ponit postulaverat augustissimo templi loco. Asserentur Patres. Itaque penè absolutæ opere, cum ex levitate factaret, se longè splendidius opus facturum fuisse, quia multa inter operandum occurrissent, quæ eum prudentiorem reddiderant. Ergò & nos, inquit illi, prudentiores erimus de statu ponenda. Quamque ille in augusto loco postulaverat, in vestibulo posita est statua manum ad os objectam habens. Egnat. lib. 6. c. 1.

* Architecturæ studium in Sixto V. Pontifice valde enituit, ut qui paucis annis quibus gessit Pontificatum, Romam variis ædificiis exornavit, & collapsa omnia restauravit, eaque monumenta sui nominis reliquit, quæ nulla oblivio delebit.

* Etiam Paulus V. in hac cura excelluit, ut Romanam urbem templis, porticibus, aëris, aliisque celeberrimis ædificiis exornaret. Ejus auspiciis augustissimum illud Apo. H stolorum Principum templum in Vaticano perfectum est, opus sanè quod sera posteritas stupefacit, & in quo, integro penè seculo, magnis impensis fuit defudatum.

* Celebrerrimum illud S. Laurentii Cœnobium, quod in Escuriali Philippus II. Hispaniarum Rex extruxit, munificentia & potentie regie æternum monumentum: documentum est, quanto amore in Architecturam exarsit, ut qui evocatis undique peritissimis Architectis, stupendam illam ædificii molem ad optatum finem perduxit.

Consule Tit. de ædificiis. Item de sumptibus in ædificiis factis.

Architecti in genere.

Αρχιτεκτων Græcis dicitur princeps fabricorum, hoc est, qui inferiorum opificum, quos Arist. & 1. Ethic. & 2. Physicorum ποισιδος vocat, operis & operibus utitur. Est igitur vox generis, sicut etiam apud Latinos Fabri. In specie vero ad ædificandi artem, quæ ædificia proprie dicta ad conversationem hominum accommodata fabricat, hæc vox præfertur: quando quidem illi qui ædificant, omnes se se fabricos habent sollicitos, eo- que

A que nomine dixeruntur censeri possunt & appellari, quasi imperatores & designatores reliquorum. Iam quia Edificandi ars non tantum ea que necessitati habitationis & locationis, ut Tempia, Domus, Porticus, Propugnacula, sed & que ornamento inferiunt, statuas scilicet, Colossus, Columnas, efficit: ea propter inter formales differentias quoque Architectura referri possit, ipsa Statuarius & Marmorarius complectens. Denique quoniam tuerentur contra quavis alia extrinsecus offendenda, inter defensionia quoque referri possunt.

Dædalus genere Atheniensis, unus ex iis qui Erechthidæ dicuntur, natus ex Egeymerione Eupalami filio, præclarus architectus, multis inventis quæ ad artem pertinerent, quadam miranda effecit opera. Statuis fabricandis adeo superavit omnes, ut à posteris traditum sit, signa ab eo facta, cum aspiceret atque ambulare viderentur, spirantia existimari. Ita enim compositio membrorum apta erat, & suis partibus perfecta, ut omnes ad admirationem alliceret. Diod. lib. 4. c. 13.

Eum Eupalami sive Euphemi filium fuisse, & Alcippæ, testatur Zeres his. 19. prime Chil. At Pherecydes Erechthei Atheniensis, & Iphinoes (à quo etiam tribus Dædalidarum Athenis) è stirpe regia illorum, qui dicti sunt Metionie. Pausanias Palamaonis filium facit in Bœotici. Non magis ob architecturæ præstantiam, docente Minerva, quam ob errores & casum varietatem clarus, solum vertit: quia sororis suæ Pericles filium Attalum, vel Acalum, vel Talum (ut habet Diodorus & Ovidius) vel Telem discipulum, vel Calum, ut Pausanias in Atticis habet, de tecto per invidiam deiecit. Ad Minoen Crete regem confugit, quem Eudæus discipulus, patria Atheniensis, secutus est. Ibi regi & filiabus ob insignia opera mirifice gratus fuit. Labyrinthum ad formam Egypti extruxit, cum ejus rationem tantum audivisset. Pasiphæ Minois uxor cum tauri desiderio teneretur (nam Venus Solis odio, qui Matris adulterium patefecisset, in omnem Solis prolem sæviebat) Dædalus ligneam vaccam excogitavit, in quam inclusa Pasiphæ cum tauri rem habuit. Re comperta, capitalis fraudis damnatus, cum filio è vinculis elapsus, Inycum, quæ urbs erat Siciliæ, ad regem Cocalum pennis cera aptatis evolavit. Icarus neglectis paternis monitionibus, captus suavitate volandi, altiora loca expetivit. Quare alis nimio Solis calore liquefactis, in mare præcepit dedit, quod ab eo fuit Icarium nominatum, ut ait Ovidius lib. 2. de Arte. Cum à Minoe repereretur, neque eum Corcalus dedisset, bellum inter Minoen & Siculos exarsit, ut ait Pausan. in Achaicis. Tanto fuit in honore apud Siculos, ut nullius nomen omnino per id tempus neque in Sicilia neque in Italia magis esset celebre. Cum sine manibus, pedibus, oculis statuas effingerentur olim, primus Dædalus deficientes partes suffecit. Quare dictus est fecisse simulacra, quæ moverentur. Scribit Pausanias in Corinth. Dædali opera nulla fuisse, neque aspectu decora, sed quæ tamen divinitatem quandam præ se ferrent. Inter præclara ejus opera sella compacta enumerata fuit, quæ fuit in delubro Minervæ Poliadis apud Athenienses dicata. M. Comes Mythol. lib. 7. c. 16. Operum ejus Catalogum pete è Diod. lib. 4. c. 13.

Cyclopes architecti olim fuere & fabri industrii, qui multas urbes edificarunt, à solertia & diligencia opere κίλλωτες dicti, quod circumcirca omnia fummo cum studio intruerentur. Hesiodus iis unicum oculum in fronte tribuit, fortasse propter mentis aciem. Est enim mens oculo similis, teste Aristotele in 6. Ethicorum. Dicti sunt ἑχχρηροσάτορες, & χερροσάτορες, quod manibus operando alimenta ventri acquirerent. Hinc locus fabulæ, quasi centum manus è ventre prominentes haberent; unde etiam Centimanii sunt dicti. Eustachius lib. 8. ubi de Thyne agit à Cyclopius edificata.

Agamedes & Crophonus, filii Ergini regis Orchoemoniorum, in Deorum templis, hominumque regalibus tectis edificandis solertissimi fuerunt. Hyrico quoque ærarium edificarunt. Vide Tit. Oracula de liberorum procreatione.

Euphalinus Megarensis Naustrophii F. fossam apud Samios fecit longitudinis septem stadiorum, celsitudinis autem, & latitudinis octonum pedum, quæ ab imo montis in centum quinquaginta passus editi incipiens, ad contrarium os deducta est. Item per eam rotam altera fossa depressa est viginti cubitorum, triplo majoris latitudinis, per quam derivata à magno fonte aqua fistulis in urbem ducitur. Est præterea agger circa portum in mari ad xx. passus altitudi-

nis, duobus amplius stadiis longitudinis. Tertium opus est templum omnium amplissimum in tota Græcia, cujus primus architectus exiit Rhœoedus Samius, Philei F. Hæc tria opera apud Samios spectantur Græcanicorum omnium maxima. Her. l. 3.

Thomas Apostolus architectus. Vide Tit. Munificencia misericos, religiosa, circa pecunias.

Architectus Ægyptius depeclatur Rhampniti regis ærarium. Vide Tit. Pecunias affert comparare furto.

Cleomenes Spartanorum rex Argos ceperat. Eo postea Corinthi absente, auctor rebellionis fuit Aristoteles architectus, qui non ægre impulit multitudinem frendentem, quod tabulas novas, quas expectaverat, non præstitisset Cleomenes. Plut. in Cleomene.

Secundi Atheniensis philosophi Pater architectus. Vide Tit. Certamina laudis & glorie.

Hermodorum architectum insignem, Cicero de Oratore, commemorat.

Nico Pergamensis, architectus urbis suæ, Geometriae peritissimus, Galeni Medici pater.

Circiter annum Constantini Pogonati nonum, Gallinifcus architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos profugus, ignem in aquis ardentem invenit: quo usi Romani, Sarcenorum naves exusserunt. Sig. & Zonaras Tom. 3.

Architectus sub geminis columnis ludendi potestatem facit apud Venetos. Vide Tit. Opera motui inferentes.

Godogifilus Bugandionum rex, à fratre Gundobaudo Viennæ oblectus, ubi interclusus in urbem commeatibus famem imminere ingentem vidit, inopes atque egenos omnes emisit. Quo facto, simul etiam Architectus quidam, cui aquæ ductus cura mandata erat, egressus est: qui iratus, quod urbe expulsus esset, ad Gundobaudum se contulit, rationemque, qua irrumperet in urbem posset, ostendit, atque, acceptis idoneis militibus, per spiraculum aquæ ductus ingressus, lapidem magnum, quo ille obsepierat, ferreis vectibus minuit; atque ita, aditu patefacto, in urbem milites introduxit, qui, defensoribus cum mœnibus deurbatis, signo dato, oblectores in urbem vocarunt. Sigon. lib. 16. Imp. occid.

Fridericus I. Imperator Cremam arcta obsidione premebat, anno Salutis humanæ millesimo centesimo sexagesimo. Itaque machinas varias, turresque præparavit, easque fortissimis militibus complevit, ac tela fæscque in eos, qui intus erant, jacere jussit. Quæ cum Crementes, quantum maximo sui cum destitimento, repellent, demum ad alias artes se contulit. Opportune autem ipsius consilium juxit singularis quidam indutrig Architectus, omnia ipsius machinamenta ed usque levis fati momento ludificatus, qui pecunia, ut Crementes scribunt, corruptus, ad ipsam transfugit, ac turres ligneas inustitæ altitudinis duarum contabulationum effecit, ac pontes ex iis in muros, projiciendos instituit. Sic civitas capta est. Sigon. lib. 13. regni Ital.

Architecti in specie. Puta Urbium, Manium.

Consule Tit. Magnificencia in extruendis urbibus, quatenus Architectorum mentionem habent junctam.

Cum ad Eurotæ ripas Spartæ Hyacinthi pueri amore captus Apollo discio certaret, Hyacinthum imprudens occidit, ut ait Ovid. lib. Metam. 15. Hac de causa profugus è Sparta ad Laomedontem dicitur Trojam confugisse, qui tum fortè mœnia civitatis extruenda curabat. Ibi Apollo unâ cum H. Neptuno, cum ambò rerum necessariarum inopia laborarent, suam operam pro mercede Laomedonti locarunt, lateres componentes. At Ovid. non manibus Apollinis extructa fuisse mœnia scribit, in epist. Paridis, sed per sonum lytræ. Quæntiam operam locavit Alcecho in extruendis mutis Labyrinthi, ut testatur Pausan. in Atticis, ex omnium Megarensium opinione. N. Comes Mythol. lib. 4. cap. 10.

Cyclopes Mycenarum muros Perseo Jovis filio, Acrifii nepoti, fecerunt, atque etiam Præto Acrifii fratri muros Timthes, qui inter ruinas reliqui sunt, Cyclopium fuisse opus fama vulgavit. Extructi verò sunt è rudibus lapidibus, quorum singula ea magnitudine sunt, ut ne minimus quidem eorum loco moveri possit jumentorum bigis: parvi verò inserti sunt lapides, ut per eos majores aptiore structura coagmentarentur. In ruinis Mycenarum porta quadam visebatur adhuc tempore Pausaniz, cui leones infidebant. Pausan. in Corinth. Alti cum à Cyclopius (quos turres & ærarium fabricam invenisse dicunt) quidpiam ædificatum aut fabri-

A fabricatum audiunt, magnificentiam & perpetuitatem operis in eo commendari putant, ut de iis Seneca in Thyeste: Cerno Cyclopium factas turres labore majus humano decus, & Status lib. Thebaidos 4. Monstrat Cyclopium ductas fornacibus arces. At Virgilius Æn. 6. Cyclopiumque educta caminis Mania. Claudianus, Cyclopium formata manu. Brodenus in 1. Epiram.

Dinocrates Architectus maxime nobilis, genete Macedo, secundum Vitruvium (Plut. in Alex. Statificati hoc tribuit) in conspectum Alexandri vi proferans, afferre se multas & egregias cogitationes Alexandri magnanimitate dignas dixit: in iisque de monte Atho in virilis statuas formam redigendo, eo quidem artificio acposito, ut leva manu urbis maxime capacis amplitudinem contineret, ac mœnia: dextra verò patram, quam fluviorum omnium, qui eo in monte defluerent, decursus experient. Alexander, ingenio hominis ac sermone delectatus, cum Alexandriam ædificacurus esset, ejus opera in civitate miranda usus est. Plin. l. 7. c. 37. Strabo verò lib. 14. Cheremoni tribuit. Vide in sequentibus.

Artem. Mnesicles Architectus artem Athenis edificavit. Plut. in Pericle.

Propugnaculorum. Euphalinus Megarensis fossam & aggerem Samiis extruxit. Vide supra Architecti in genere.

Temporum. Ex Titulo Magnificencia in Templis, huc referantur exempla Fabrorum.

Templi Vulcani vestibuli, quod pulcherrimum in Memphi situm est, Dædalum architectum fuisse constat: obque eam rem à populo statua lignea in templo, quæ ab ipso fabricata sit, donatum. Huic propter artis præstantiam, multatæ ab eo inventa, magna gloria adeptæ, deorum honores accolæ impenderunt. In una enim Memphis insularum templum nunc quoque est Dædalo dicatum. Diod. lib. 1. c. 9.

Cherisiphron Gnosius architectus, Ephesæ Dianæ templi constructionem excogitavit, quod ducentis annis & viginti factum est à tota Asia: fundamenta sita sunt in solo palustrine terra: motus sentiant, aut hiatus timerent, quæ calcatis antea substraverat carbonibus, dein velleribus lanæ. Longitudo fuit quadringentorum vigintiquaque pedum, latitudo ducentorum viginti, columna xxxvii. à singulis regibus factæ, ix. pedum amplitudine, ex quibus xxxvi. erant cælatæ. Plin. l. 7. c. 37. & Strabo lib. 14.

Ephesium templum Artemidorus Cheremocratis opus esse ait, qui Alexandriam construxit. Eundem pollicitem fuisse Alexandro, sese montem Atho in ejus formam fabricatum, ut tanquam ex gutto quodam aquam in phialam effunderet: facturumque duas urbes, alteram ad montis dextram, alteram ad sinistram, ut ab altera in alteram amnis efflueret. Strabo lib. 14.

Theodoros non tantum sculptor, sed architectus insignis, unus consulit subjiciendos esse carbones fundamentis Ephesii templi. Nam cum humidus esset locus, amissa ligni natura, soliditatem accepit humor immobilis, ut est apud Diogenem & Pausaniam, qui eum omnium primò seruum fundere docuisse, statumque ferream fecisse scribit.

Rhoeus Philei F. & post illum Euphalinus Megarensis, D. templum Samiorum inter Græcanica maximum extruxere. Herod. lib. 3.

Spintharus Corinthius templum Delphicum ædificavit procurantibus Amphidionibus. Vide Tit. Ocularum loca.

Scopus Parius Olymp. xxvi. templum Alæ Minervæ sumptuosissimum ædificavit Tegeatibus in Arcadia. Pausanias in Arcadicis.

Libon Eleus architectus templi Olympici. Vide Tit. Tempia religiose extructa ab Ethnicis.

Hermogenes ædem Doricam Junonis Magnæ: Sugiæ Mausolæum Artemis: Meleagenes sanum Minervæ Prieneis.

Dinocrates architectus Magnete lapide. Alexandria: Arifnoes templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus è ferro pendere in aere videretur. Interecessit mors & ipsius & Ptolemæi, qui id sorori suæ jussisset fieri. Plinius lib. 34. c. 14.

Theodoros Phœcenis fecit tholium Delphicum.

Architectus quidam Constantinopolitanus auream D. E. Marci adem Venetiis extruxit. Vide Tit. Magnificencia in templis.

Labyrinthorum. Consule Tit. Magnificencia in Labyrinthis.

Dædalus labyrinthum Cretemsem, centesimam partem Ægypti imitatus, construxit. Plin. lib. 36. c. 13. Zmilus, Rhodus & Theodoris, fecerunt labyrinthum Lemnium.

Theatrorum. Valerius Olibensis architectus fuit, qui Theatrum Romæ textit.

Domuum, Porticuum. Tiberii Imp. tempore, cum Romæ porticus maxima in alteram partem inclinaret, eam quidam architectus contra omnium opinionem erexit, cujus nomen ideò ignoratur, quod Tiberius permotus invidia rei admittibilis, id scribi in Annalium monumentis noluit. Is autem quisquis fuit, fultis undique fundamentis porticus, ne moveretur, ac superiore parte ejus velleribus ovium & crassis vestimentis cinctâ, & circumligata funibus, eam, adhibitis multis hominibus & machinis, in pristinum locum restituit. Dion. in Tiberio.

Pontium. Mandrocles Samius ponte sublicio juxit Bosphorum Thracicum, iussu Darii regis. Vide Tit. Fama immortalitatem per quevis monumenta affectare.

Cum Xerxes Bosphorum ponte jungere vellet, Architecti hoc modo junxerunt: Biremes trimetesque trecentas sexaginta Euxinum versus Pontum composuerunt. Item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem transversas, Helleponto autem secundum defluxum, ut stabiliorem funes aramentorum: pragrandes quoque ancoras demiserunt, partim ab hoc latere contra Pontum, ventorum causa qui extrinsecus spirant: partim ab altero contra vespemam & Ægeum, Euri & Austri causa, relicto ad auroram tribus in locis inter biremes tranfitu, ut qui vellet, in Pontum minutis navigiis & extra Pontum navigare possent. In his actis, contenderunt, à terra armamenta, & retinacula contorquentes machinamentis ligneis, non jam separatim utraque, G fed bina ex albo lino hinc, quaterna è scirpo illinc; sed que è lino, robustiora erant, cujus cubitus talento appendebatur. Juncto pontibus trajectu, codices lignorum discissos, & ad latitudinem raris adæquatos aptè instraverunt super armamenta intenta. Hos ubi gradatim disposuerunt, tum verò rursus desuper innexerunt. Materiam postea imposuerunt, & super materiam aggerem comportarunt: quo injecto, semper hinc atque hinc, ne maris aspectu jumenta & equi tetrentur, velamenta præterdunt. Herod. lib. 7. Turrium.

Sofratus Gnidius architectus, turrim excitavit in Insula Pharo, iussu Ptolemæi Philadelphi, ad ostendendos noturnos ignes nautarum cursibus, eique nomen suum inscripsit; quod regem fuisse passum, admiratur Plinius. Idem quoque pensilem ambulationem Gnidi fecisse traditur. Plin. lib. 36. c. 12.

Cyclopes turres primi edificavere, ut Aristoteles: vel Phœnices, ut Theophrastus: vel Gigantes, ut Sæcra literæ docent de turri Babel. Plin. lib. 6. c. 56.

Fori. Vide Tit. Fora magnifica.

Apollodoros Trajani forum, Methodæum & Gymnasium Romæ fabricavit. Hunc interfecit Adrianus.

Venetis cum aurea Marci ædes insigni opere absoluta jam esset, deesse tamen Marciaræ aræ forum ipsum, præcipua urbis pars; Philippus Calendarius Marini Palætri principatu statuarius & architectus insignis, non dubitavit id opus aggredi. Itaque & forum ipsum intercolumniis ornavit, & ab omnibus spectandum cinxit: addito etiam comitio majore, in quo patres convenire possent creandis magistratibus, stas diebus. Eam ob rem maximis affectibus honoribus, atque etiam ab ipso Duce in affinitatem suam admittis. Utinam verò Marini Palætri conjunctionem nunquam secutus foret: neque enim illi civitas gratissima aliquid unquam præmium negasset. Egnatius lib. 8. cap. 11. & 13.

Armamentarii. Philo architectus Atheniensis, quem Cicero de Oratore eloquentissimum vocant, ut qui armamentario mille Athenis navium fabricato, rationem operis sui perdidisset populo